



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Decreta Provinciae Mediolanensis Svb B. Carolo Borromeo, Cardinale
Archiepiscopo, Diuersis temporibus in sex Concilijs, totidemq[ue]
voluminibus edita

Speciano, Cesare

Brixiae, 1603

De Sponsalibus Et Matrimoniis. Liber quartus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10553

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

Liber quartus. Tit. Primus.

Diligentissimi sint Parochi, & curam animarum exercentes in ea ob-
seruatione, ne quisquam à regula, quam in celebrando matrimonio
seruandam statuit Tridentina Synodus, vlla ex parte discedat.

Vt matrimonio contrahendo alius quàm parochus interfit licentia
qualiter danda, & describenda. Episcopoq; liber parochia-
lis matrimonium, quando tradendus.

Cap. I.



Ne autem matrimoniorum, quæ contrahentur, memoria fa-
cile pereat, si quam facit atq; Episcopus, aut parochi cui-
quam alij Sacerdoti, vt in contrahendo matrimonio inter-
sit, concedendam aliquando duxerint, id scripto tantum fa-
ciant; eiusq; exemplum Notarij Episcopi in aliquo libro de
scriptum diligenter adseruent; parochi autem in eum libri
referant, in quo coniugum, & testium nomina, ex præscripto Tridentini Co-
cilij scribere debent; quidquid uerò eo libro parochi singulis annis scripse-
rint, id in fine anni Episcopo describendum tradant.

sess. 24.
de refor.
matt. c.
s. ver. ha-
beat Pa-
rochus.

Denunciationes quando, & fiendæ; benedictio qualiter non procras-
tinanda. Cap. II.

Denunciationes, quæ matrimonium antecedere debent, festis illis die-
bus fiant, qui Ecclesia præcepto seruantur, media ea missa, ad quam
frequentior populus conuenire solet, quod id facilius notum omni-
bus esse possit.

Si Parochus in matrimonio denunciationes, uel benedictionem sine proba-
bili causa procrastinarit, cuius iudicium deinde sit Episcopi, ab eo plectetur.

Parochi, cum sponsis benedicendum erit, id, celebranda missa cui illi in-
terfint, semper faciant.

Vagos

Vagos matrimonio iungere, quando non liceat. Cap. III.

Tridentina constitutio de matrimonijs, quæ cum uagabundis hominibus iniri quandoq; solent, seruetur à parochis, uel diligentissimè; Nec uerò ipsis parochis facultatem, ut illos uagos homines matrimonio iungant, Episcopus ante det, quàm norit, eos, & solutos esse, & à Catholica communione non alienos.

Seff. 24.
de refor.
matt.
c. 7.

Denunciationes matrimoniorum quando fiendæ, & non remittendæ. Cap. IIII.

Matrimonij denunciationes à parochis tum demum fiant, cum uir, & mulier, eorum uel parentes, uel ij, qui puellæ curam habent, id postularint; siq; ambo diuersis in parochijs habitant: tum in unius, & alterius item parochia fiant. Eas autem denunciationes ne ulla quidem ex parte remittere eis liceat, nisi Episcopi concessu, idq; causis iure permissis.

Si omit-
tatur de
nunciatio
nes, an
sit nullū
matri-
moniu,
transires
Episcopi
possit
cas re-
mittere,
vide Ce-
ph. conf.
421. nu.
3. Me-
noch.
conf. 69.
& i trac.
de Arb.
vide lib.
2. cent.
5. casu
453.

Si diuersarum parochiarum sponsi erunt, qualiter denunciationes fiendæ, subsignandæ, & cui præsentandæ erunt. Cap. V.

Caveant autem Parochi nè alienæ Parochiæ sponsum, sponsam uel ante matrimonio iungant, quàm testimonium ab illius, qui intra parochiæ suæ fines non habitat, Parocho, si eiusdem uel finitimæ, aut non nimis longinquæ diœcesis ille sit, scriptum acceperit; cuius testimonij fide sibi testatum fiat, ex Tridentini Concilij præscripto denunciationes, quæ necessariæ sunt, aut Ordinarij sui uoluntate omissas esse, aut factas quidem, nullumq; legitimum impedimentum ab ullo homine significatum, quo minus tale matrimonium contrahi liceat, illud uerò testimonium, si à Parocho alienæ diœcesis fiet; ab Ordinario loci, aut ab eo, cui hoc ille delegarit, subscriptione, ac sigillo comprobatum.

Absolutio fornicationis sponzorum Episcopo reseruatur.

Cap. V I.

Qui sponsalia contraxerint, si unà ante coierint, quàm coram parochio, & testibus, matrimonium inter eos celebratum sit, illius peccati, quoniam in eo sæpè deliquit, absolutionem Episcopo reseruatum esse volumus; grauemq; illis pœnitentiam imponi.

In Ecclesia matrimonium contrahatur, & tunc ac etiam pro benedictione, à quibus caueatur. Cap. VII.

Ne Parochus ullo alio loco, quàm in Ecclesia ipsa, quæ Sacramento- rum proprius locus est, sponso matrimonio iungat, nisi ex facultate

In Paro-
chiali,
declara-
tur infra
eo. c. 14.

te ab Episcopo permiffa. Sponfi autem, cum in Ecclesiam conueniunt, vel ad matrimonium contrahendum, vel ad accipiendam benedictionem, ne Parochus ulla cuiusuis generis musica instrumenta adferri patiatur. Quod si ab ipso moniti, id facere contempserint, tamdiu eis matrimonij celebrationem, aut benedictionem differat, quoad sanctè, vt debent, ob id ad Ecclesiam accefferint.

Contra concubenarios qualiter agendum. Cap. VIII.

Seff 24.
de refor.
mat. c. 8.

Concubinarij legitime admoniti, si concubinas non eiecerint, abduxerint q̄, se omnino ab earum consuetudine; contra eos Episcopus, etiam Tridentini Concilij auctoritate, excommunicatione, tum alijs præterea pœnis seuerè agat.

Vt ritè, ad matrimonium contrahendum se præparet, qualiter populus est instruendus. Cap. IX.

Religiosam animi præparationem requirit matrimonij ratio, & sanctitas, quam cum minus intelligant laici homines, fit vt sæpè grauius in re peccent, quam sanctè inire debent; crebro igitur cum usu uenerit, Parochus hoc ipsum populum doceat; ad id q̄, adhibeat Catechismi Romani locos, & doctrinam.

Parochi de consensu sponforum, qualiter certi fiant, & aliter illos ne denuncient. Qualiterque inquirendum de impedimento, ac illud falsò obijcientes punientur.

Cap. X.

Matrimonij denunciationes in posterum à Parocho ne fiant, nisi ipsi petentibus, aut consentientibus, de quorum matrimonio contrahendo agitur. Quod si diuersis in Parochijs illi habitant, utriusque item Parochus hoc ipsum seruet. Neque matrimonium alter Parochus denunciet, nisi ab altero Parocho certior factus sit de postulatu, aut consensu illius, qui suæ est curæ subiectus.

Inuestiget etiam ipse Parochus diligenter, aut alius Sacerdos, cui facultas data est in matrimonium iungendi sponfos, an quod denunciaturus est matrimonium, in eo aliquod subsit impedimentum, quo minus contrahi liceat, quod si in aliqua probabili coniectura extiterit, qua existimet illud inire non licere; Episcopum ante consulat, quam ulterius in denunciationibus progrediatur, sponfosve iungat, quos dubitat matrimonio non licere copulari.

e. vit. 5.
de
Clande.
stin. de
spon.

Qui falsum aliquod impedimentum malitiosè attulerit, quo futurum legitime matrimonium impediatur, si prudens sciensq̄, hoc fecerit; præter alias iuris pœnas, excommunicationis etiam pœna afficiatur.

Matrimo-

Matrimonium clam attentatum quando sine licentia postmodum non contrahatur. Cap. X I.

NE Parochus matrimonio quempiam iungat, qui illud clam contrahere attentarit, sine Episcopi concessu; ut de eo debitas ante possit sumere pœnas ex Concilij Tridentini decreto: id autem, nisi delictum hoc ita est occultè admissum, ut nullum eius rei iudicium legitimum extet.

d. Sef. 24.
c. 1. vers.
Qui alit-

Solennitas nuptiarum quando tantùm permittatur.
Cap. X I I.

NE solennes nuptias liceat celebrari, nisi post diluculum postridie illius diei, qui postremus est temporis, quo Tridentina constitutione nuptiarum celebratas interdicta est.

Quando ipsa die ultimæ denunciationis matrimonium non contrahatur. Cap. X I I I.

Quo die de matrimonio contrahendo denuntiatio ultima facta est, ne eo ipso die, nisi impetrata ab Episcopo facultate, illud celebretur, id autem præterquam si postrema ea denuntiatio facta sit pridie illius diei, quo initium est Quadragesimæ, vel Aduentus; ac nisi item Parochus populo antecedente denunciatione, significarit, eo die, quo, postrema denuntiatio fiet, matrimonium esse contrahendum.

Ecclesia sit Parochialis in qua matrimonium celebretur.
Cap. X I I I I.

Matrimonium quod in Ecclesia celebrari debere sancitum est supra, in ea tantùm Ecclesia celebretur, quæ parochialis est; nisi aliud Episcopo visum fuerit.

Sup. ca. 2.
idem elij
citur.

Coadiutoris facultas, etiam celebrandi matrimonia qualiter notetur. Illeque assumatur. Cap. X V.

SI Parochus sacerdotem alium coadiutorem habet, cuius etiam ministerio; facultate eidem sacerdoti concessa, utitur ad matrimonia contrahenda inter Parochiz sua incolas: is illam cautionem adhibeat, ut in libro, qui est de matrimonijs, illius nomen, & cognomen, tum præterea diem, & mensem, & annum notet, quo ille parochialis curæ socius, atque coadiutor adiunctus, facultatem à se, vel ab Episcopo consecutus est, matrimonia celebrandi. Ne autem matrimonijs celebrandi potestatem parochus faciat alij sacerdoti, qui Episcopi iudicio nondum probatus est, ut Sacramenta ministret.

Vbi suspicari possit an in sua parochia forensis in concubinato degat quid parochus curabit. Vicarijque & Episcopus præstabunt. Cap. X V I.

NE patiatur parochus quempiam cuiusvis gradus, & conditionis hominem, qui sibi ignotus, in suam Parochiam ab aliena diœcesi commigrat, cum muliere; quam secum coniugis nomine duxerit, in ea habitare; si modo vel ex infamia, vel alia legitima suspitione conjicere possit illam habere in concubinam: nisi Parochi, à cuius parochia discessit, literis, certo præscripto tempore, testatum ille fecerit, sibi illam legitimo matrimonio iunctam esse. Quod testimonij scriptum vbi attulerit, id in urbe Episcopo, vel eius Vicario Generali, in diœcesi Vicario Foraneo exhibeat: qui si probandi vim illud habere perspexerit, à Parocho, in cuius Parochia fines is venit habitatum, illud, eiusve exemplum in matrimoniorum Codice asseruari iubeat.

Si verò Vicarius Foraneus de eo scripto aliquid habet, quod sibi difficultatem, ancipitemque deliberandi curam afferat; illud ad Episcopum quam diligentissime mittat, ut eius iudicio declaretur, an illi fides adhibenda sit.

Denunciationes qualiter non prætermittendæ. Cap. XVII.

Vid. sup.
c. 1. de re
for. mat.
Sess. 24.

STatę ille matrimonij denunciationes Tridentina sanctione præscriptę, ne facile remittantur, si verò aliquam quandoque, antequam matrimonium contractum est omitti censuerit Episcopus, ante consumationem illas plane omnes, aut si minus omnes, saltem duas, aut minimum vnā fieri curet omnino, nisi aliud ex causa sibi videatur magis expedire.

Sponsorum consensus pro denunciationibus qualiter à parocho inquirendus. Cap. XV I I I.

Parochus statas matrimonij denunciationes facturus, præter noticiam de illis faciendis sibi datam ab agnatis curatoribus illorum, de quorum matrimonio agitur, primùm à mari, tum à femina exquirat, quæ matrimonij, quod inter eos tractatur, denunciationes fieri placeat.

Qua in re caueat, ne dum matrimonij denunciandi voluntatem eorum notam, exploratamque, inuestigando habere vult, ea inuestigatione matrimonij istius, aut sponsalium consensum exquirat. Itaque de statas solùm denunciationibus explicatę, at distinctę, separatimque, ab utroque perquirat; idque à femina loco honesto, & in propinquorum cõspectu, ita tamen, ut ne quisquam audiat, neque ita prope sit, ut illa præ pudore, vel alia causa, minus liberę animi sui voluntatem exprimere audeat.

Annulo nuptiali qualiter induatur. Inuocatioque Sanctissimę Trinitatis à parocho proferatur. Cap. XIX.

Annulo nuptiali, non dextera, sed sinistra manus sponsę digitus, qui annularis dicitur, induatur; dumque induitur, ne à sponso, sed à sacerdote,

cuius est benedicere, illa verba proferantur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Statuta contra libertatem matrimonij facta, irrita esse, & nè fiant. decernitur, aliter plebiantur contumaces. Si de puellæ voluntate suspicetur quid Episcopo agendum.

Cap. X X.

Matrimonium cum Sacramento sit, & maximè liberum; si quæ municipales leges, statuta, decretave sunt, quibus huic Sacramento, sanctæque illius libertati, contra Sacrorum Canonum, & Conciliorum præscriptum ullo quovis pacto impedimentum afferatur; eas irritas, rescissas, ac planè nullas decernimus, ac declaramus.

Omnibus verò, quacunque etiam dignitate, potestateque præditis, interdictum iam nunc perpetuò sit, nè earum etiam legum, Statutorum, decretorumve auctoritate, nec verò alia quavis ratione, quicquam statuunt, decernant, iubeant, agantve, quo matrimonij libertas ullo pacto, neque directè, nec verò indirectè ledatur.

Qui contrafecerit, pœnas, & censuras Conciliorum, & Canonum iure sancitas, ipso facto subeat. Episcopus verò, ubi probabilem pro sua conscientia suspicionem habeat de puellâ minus libera voluntate; tum exquirat rem diligentissimè; tum præterea, si opus esse censuerit, illam certo loco tuto, ac honesto colloceat, ubi illa eidem proferat, & explicet liberius suam voluntatem, qualis verè sit.

Denunciationes quibus de causis, & quando per Episcopum tantummodo remittantur. Cap. X X I.

Matrimonij denunciationes, quas aliquando ab Episcopo remitti constitutione Tridentina permissum est, is videat, nè ob aliam causam, quam ea ipsa constitutione cauetur, remittat; cum scilicet Ordinarij iudicio verisimilis suspicio est, matrimonium malitiosè impediri posse. At verò si hæc causa non subest, quamobrem illas remittat, ea certè sola, quod instat sacri Adventus, Quadragesimæ tempus, neque necessaria est, nec verò cum ratione consentiens, cum præsertim eo sacro tempore, qui iam matrimonio iuncti sunt, ab illius usu abstinere potius conveniens sit, nedum sponso una coniungi.

Illas verò ab Episcopo, cum præsens in urbe uel diœcesi adest solùm remitti deinceps liceat, ab alio præterea nemine, ac ne à Vicario quidem generali, nisi aliud Episcopus iudicaverit, attentæ sui Vicarij qualitate, & prudentia.

Quando factis denunciationibus, nisi iterum fiant matrimonium non contrahatur. Cap. X X I I.

Matrimonij futuri denunciationibus in Ecclesia de more factis, si fortè hoc accidit, ut illud duorum mensium spatium post non contrahatur, ne

idem

ca. I. ver.
Quod si
aliquan-
do de re
for. mat.
Sess. 24.

idem antea parochus celebret, quàm iterum denunciations ex Concilio Tridentini præscripto fecerit, edixerit ve. si modò aliud Episcopus nõ concesserit.

Matrimonium contracturi qualiter à parochis cohortandi.

Cap. XXIII.

Vide infra eod. c. 33.

Parochus, quorum matrimonium ex Concilio Tridentini præscripto publicè ter denunciaturus est, eos primùm graui cohortatione diligenter moneat, ut cum ad illud ineundum, ieiunijs, orationibusq; se parent; tum etiam, ut eo ritè celebrato, Sacerdotaliq; benedictione à proprio parochis accepta, orationi frequentiori interim uacantes, triduo abstineant, pro reuerentia: sicq; contra spirituales nequitijs, & carnis procacitatem sanctè muniti, salutem, & gratiam Dei ex eo Sacramento uberiorem sibi comparare studeant.

Ex solis sponsalibus, & copula quomodo non contrahitur matrimonium. Et de hoc qualiter populus est admonendus, & talia committentes puniendi. Tamen quin postea ritè contrahant non arcendi. Cap. XXIII.

Si qui etate etiam legitima, & parochis presente, testibus duobus adhibitis, & notario item, iurati sponderunt, se matrimonium inuituros, ac deinde non contracto legitime per verba de presenti matrimonio copulatione inter se inierunt; eorum matrimonium nullum ab Episcopo declaretur, ac decernatur, si & ante Concilium esset uerum matrimonium. Id uerò ne accidat, parochus quàm sepius populum, ut opus erit, moneat, ad præscriptum Concilij Tridentini.

Eos præterea, qui ita contraxerint, grauius pro arbitrato suo Episcopus puniat. Quod si iidem postea de presenti matrimonium contrahere uelint ne prohibeantur, modò seruentur quæ ad Tridentini Concilij præscriptum seruari oportet, si nullum aliud insit legitimum impedimentum.

Verba pro sponsalibus qualiter parochus accuratè componat.

Cap. XXV.

Caveat parochus, si quando sponsalibus intererit, ut ne de presenti, sed de futuro matrimonio illa contrahantur. sicq; propterea verborum formula dilucidè concipiatur, ut de eorum sensu nulla deinde quæstio, difficultas ue oriatur.

Nescientes doctrinam christianam inconsulto Episcopo ad matrimonium contrahendum non admittantur.

Cap. XXVI.

Parochus, quos sponfos experiundo uiderit, doctrinæ christianæ rudimenta planè ignorare, inconsulto Episcopo, ne matrimonio illos ante iungat, quàm ea item ratione cognorit didicisse, quæ eo de genere illos planè sciri oportet.

Qua-

Qualiter de facto qui contraxerint adhuc liberi ritè matrimonium contrahere valent. Cap. X X V I I.

Qui testibus adhibitis, at sine parochò, aliove Sacerdote, cui is, vel Ordinaris facultatem dederit, matrimonium de facto contraxerint, ne eos cogi liceat, ut denuo inter se contrahant, nec rursus eo nomine impediri, quominus eorum vnusquisq; cum alijs liberè contrahat, aut etiam inter se de nouo contrahant, seruata tamen forma Concilij Tridentini, cum illud eorum factum ne sponsalium quidem, nedum matrimonij vim habeat.

Vno ex eis vltra quartum gradum iuncto, contractus matrimonij admittatur. Cap. X X V I I I.

Qui quarto, & quinto affinitatis, consanguinitatisve gradu iuncti sunt, cum inter se matrimonium non impetrato dispensationis beneficio, liberè inire contrahere possint, ne à parochò, aut ab alio quopiam in posterum impediatur, quominus liberè contrahant, seruatis regulis, Tridentina sanctione prescriptis.

Ne scientes impedimentum nihilominus contrahant qualiter aduertendi. Cap. X X I X.

Parochus cum matrimonium celebrare uoluerit, moneat contrahentes, propositam esse penam excommunicationis latae sententiæ, vltra alias penas à iure inflictas in eos, qui in gradu prohibito consanguinitatis, vel affinitatis matrimonium contrahere scientes presumpserint, ac eos omni spe consequendę dispensationis carere ex prescripto Conc. Tridentini.

Contra scienter in gradu prohibito contrahentes qualiter procedatur. Cap. X X X.

Episcopus seuerè animaduertat in eos, qui diuino timore postposito in suarum periculum animarum scienter huiusmodi coniugia prohibita, etiam ex causa fornicationis, quod frequentius accidere solet, iure, sub spe forsant futura dispensationis presumpserint; ac statim illos, quos ei constiterit taliter contraxisse, adhibita separatione ex Concilij Viennensis prescripto excommunicatos publicè tandiu denunciari iubeat, donec suum humiliter recognoscentes errorem, absolutionis obtinere beneficium mereantur.

Propter defectum proprii, & si non alieni parochi matrimonium est nullum. Cap. X X X I.

Irritum, nullumq; ab Episcopo matrimonium declaretur, quod à Parochò loci, vbi illud fit, non ab eo, qui parochus proprius est contrahentium, celebratur.

ca. vlt. §.
pen. de
Clan. de
spò. Clē.
vnica de
consang.
& affini.
Sess. 24.
de refor.
matr. c. 5.

d. Clem.
vnica.

Qualiter temporibus interdictis celebrantes puniantur.

Cap. XXXII.

NE quis cuiuscunque gradus, conditionisve sit, statis temporibus, quibus nuptiarum solennitates celebrari interdictum est, domum sponsam traducat, aut nuptialia conuiuia celebret, aliave eius generis vetita agat.

Qui autem, vel per se, vel per alium contrafecerit, aut eius culpa quouis modo particeps fuerit; is pœnam interdicti ab ingressu Ecclesie ipso facto incurrat; eamq; pœnam illum tandiu sustinere volumus, quoad sponsi, Episcopi iussu separati, meritas pœnas, pro eorum conditione dederint, arbitrio eiusdem Episcopi, & interdicto liberari eiusdem iudicio meruerint.

Quæ à sponsis priusquam denunciatur per parochum perquirenda sunt. Cap. XXXIII.

vid. sup.
eo. ca. 23.

Matrimonium futurum Parochus, antequam in Ecclesia denunciet; præter id quod ex Concilio Prouinciali quinto perquirere à sponsis debet, illos etiam seorsum moneat; vt uideant, num matrimonio, quod inter se contrahere uolunt, aliquod impedimentum obstet, quod mox infra explicatum est; ne ue alia, quæ ipse pro suo iudicio, & prudentia patefacere exprimeret, debeat.

Viderint igitur an alteri fidem adstrinxerint, aut iureiurando sponderint.

An castitatis, religionisve uotum ediderint.

An aliquod impedimentum inter eos intercedat cognationis, etiam spiritalis, aut affinitatis usque ad gradum iure, Tridentinoq; Concilio prohibutum.

Si uerò filij familias sint, hos Parochus ualde cohortetur; ut parentibus, in quorum potestate sunt cum honorem tribuant, ut illis ne inscijs quidem, ne dum inuitis rem tanti momenti ineant, nisi aliqua iusta causa intercedat.

Id præterea studiosè, paterneq; etiam utrunque hortetur, ut singulari quadam animi pietate, & oratione in primis frequentiori, in re tam graui ad Deum confugiat.

In lib.
Tob. c.
6.

Quo in genere Thobia adolescentis, cum uxorem duxerit, commemorabile exemplum imitatione q; dignum proponat.

Sponsi nè prætextu futuri matrimonij simul coeant qualiter ab Episcopo prouidendum. Cap. XXXIII.

Magnam in eo diligentiam adhibuimus, ut corruptelam atque adeo peccatum tolleremus, atque radicitus extirparemus, quod aliquando à sponsis committitur, qui mutua copulatione antea utuntur, quam matrimonium per uerba de presenti ritè confectum celebratumq; sit. Verùm cum nihil fermè in hoc genere hactenus profecisse animaduertamus; pro officij pastoralis munere perniciosè isti corruptela, peccatoq; graui nos diligentius,

accu-

accuratiusq; providendum & consulendum esse statuimus. Itaque Episcopi cura sit, si expedire aliquando iudicauerit, pœnis & censuris, quas arbitrato suo constituerit sancire, ne sponsi, priusquam matrimonium in Ecclesia per Verba de presenti ex ritu celebrauerint, non modò simul non habitent; sed ne ullo quidem modo mutua consuetudine, commercio utantur.

DE SECUNDIS NUPTIIS.

Tit. II.

Ex tortiones pecuniarum, & clamorosi tumultus occasione secundarum nuptiarum qualiter tollendi.



VE in nuptijs indecorè fiunt, ea ab Episcopis omnino eripi iussum est supra.

In ijs porrò ipsis cum potissimum minimè ferendæ illa duæ, deprauato morum usu, introductæ corruptelæ, una scilicet, cum certa quædam pecunia ab ijs extorquetur, qui ex alieno solo, alienave parochia uxorem ducunt; altera, cum per uicos, & plateas, qua secundò nupta ducitur, clamores, tumultuosæq; uoces, à prophano gentilium more non abhorrentes, ac strepitus hominum, quasi exagitandis secundis nuptijs eduntur; eas sanè à Christianæ pietatis institutis, atque moribus, & à matrimonij, quod celebratur, sanctitate alienas Episcopus, cum omni alia pastoralis officij sui ratione, tum propositis etiam pœnis censurisq; extirpari, ac planè funditus tolli curet.

DE VOTO, ET VOTI

Redemptione. Tit. III.

Valentes qualiter vota commutabunt. Cap. I.



*V*ICARIUS Generalis id confessarios sacerdotes interdum admo-
neat; ut, si quando quauis facultate, auctoritate ue eis licebit
pœnitentium vota commutare; ne ea illi commutent, nisi in a-
lia maiora pietatis opera, uel Deo gratiora, uel saltè quæ tan-
tidem ualeant; qua in re iudicanda rationem habeant, & sumptuum, & la-
borum, & molestiarum, & omnium denique incommodorum quæ pœnitentes
perpesuri erant, si uotum, quod sanctè conceperant, re ipsa præstitissent.

Vide Na-
uar. I Ma-
nua. c. 12.
nu. 76. &
sequ.

In plurium communi voto emittendo, quæ seruanda erunt.

Cap. II.

*S*I quando ob calamitatem imminentem aliam ue causam, à populo, uel ab
vniuersitate, uel à vicinia parochiali votum Deo fieri deliberandum

est;

est; vt de hoc genere toto quàm rectissimè statuatur; Parochus Episcopum, ad quem præsertim in graui, quæ ad spirituales res pertineat, deliberatione, confugiendum patres censuerunt, etiam per literas vbi opus est, consulat: de cuius sententia, formula voti ritè concipiatur. Si uerò aliquando temporis angustia non patitur, id quod in pestilentia euenire aliquando solet, vt ille consuli non possit, cum populo agat, vt votum nuncupetur: at sanè quæ speciatim ad illius rectè exequendi modum pertinere possunt, eæ rationes omnes in ipsa voti nuncupatione Episcopi sententiæ, iudicioq; reliquantur; quò sanctius, religiosiusq; Voti nuncupati ratio omnis ad executionis vsum perducatur.

Caueat item Parochus, rectorve Ecclesiæ, vt uniuersitatis consensu, atque omni alia opportuna, necessariaq; ratione votum nuncupetur; vt firmum ratumq; sit, ac proinde ab vniuersis, quorum interest, piè obseruetur, atque præstetur.

Quò præterea, & ardentiori pietatis studio, ad illud nuncupandum, & vehementiori sollicitudine ad idem ritè exequendum populus incendatur; hoc præterea Parochus curet, vt in voti nuncupatione, statæ tum præparationes, tum etiam cærimonie adhibeantur omni externæ pietatis, sanctiq; cultus ratione, & significatione, in eum qui sequitur modum.

Primo igitur, vt illius uniuersitatis adulti omnes, quo die votum fiet, antegressa peccatorum confessione, sacram Communionem sumant, curet idem Parochus omni cohortatione.

Pridie etiam diei, quo votum nuncupabitur, sub vesperum campanarum sono signum detur: quo populus excitatus, ad Ecclesiam frequens conueniat, vbi postridie illud publicè sanctèq; nuncupet.

Videat uerò, vt in Ecclesia parochiali, primariave, ad altare maius nuncupetur.

Ubi populus conuenerit, processio voti causa de more agatur.

Missarum solennia, processione peracta, à Parocho, rectoreve Ecclesia eo nomine celebrentur.

In qua Missæ celebratione de voto concio habeatur, ac de eius causis, tum exponantur rationes, quibus sanctissimè deiuncti, qui uouerint, votum quàm diligentissimè præstare debent.

Huic actioni omnes parochiales vicinia, aut oppidi, lociue sacerdotes, & clerici intersint.

Parochus autem, aliusve sacerdos, qui Missarum solennia eo nomine celebrat, cum offertorij tempus est, ab ijs, qui uniuersitatis nomine dilecti erunt, voti formulam in conspectu Dei de scripto sibi ritè, distinctèq; pronunciari mandet. Quod illi, genibus flexis, supplices præsent. Deinde cum celebrans ipse corpus, & sanguinem Domini in Missa sumpsit, tum qui preparati accesserint, eisdem sacram Communionem ministrabit.

Votorum qualiter instrumenta, ac monimenta asseruanda, & si ex impossibilitate non exsoluentur refarcienda, & ab Episcopo solenniora quando curanda erunt. Cap. III.

Voti nuncupati instrumentum, Notarij manu confectum, auctoritateq; munitum, ad Episcopum mensis saltem spatium asseratur, vt in Archiuo Episcopali asseruetur perpetuo, cuius instrumenti, etiam exemplum, eiusdem Notarij testificatione, fideq; roboratum in Ecclesia illius populi, Uniuersitatis ve, que uouit, vt diligentissime potest, custodiatur ad perpetuitatem.

Utq; voti, cuius executio in perpetuum prestanda sit, monumentum in conspectu omnium extet, idem curet, in tabella lapidea votum, votiq; causam, & conditiones incidi, eandemq; loco Ecclesie conspicuo, atque illustri collocari, atque parieti agglutinari.

Vbi autem, cum votum nuncupatur, prescripta ratio, ac ceremonia, ob pestem, aliam ve causam necessariam prestari non possunt; tunc omnino eas prestari curet Parochus vbi primum potuerint.

Hanc omnem rationem, tum celebriores etiam ritus, ceremoniasq; adhiberi Episcopus curet, si ciuitatis populus votum nuncupare deliberarit.

DE CONSANGVINITATE, & Affinitate. Tit. IIII.

Quando matrimonium inter eosdem iterum celebrandum erit.

Cap. I.

QUIBUS matrimonij contracti in vno aliquo ex impedimentis, quibus illud contractum dirimitur, dispensatio a sancta sede Apostolica, aut in foro conscientie, aut in vtroque foro delegata est; ij, vt ad literarum Apostolicarum prescriptum illos, cum quibus dispensari concessum est, matrimonium iterum contrahere cogant.

Nō. n. incipit valere matrimonium propter Papę superuenientē dispensationē, per solā cohabitationem, & copulam subsequētē, sed necesse est, vt nouo contrahatur. Nau. in Man. c. 22. nu. 80. & nu. 86. & vbi prius cū requisitis solen-

DE FRIGIDIS, ET MALEFICIATIS.

Tit. V.

Quis impotens ad contrahendum matrimonium non admittatur.

Cap. I.

NON permittat Episcopus eunuchum, spadonem, aut castratum quouis modo matrimonium contrahere, & contracta dissoluat cum verē matrimonia non sint, sed immunditie, & spurcitie, vt sanctissimus Dominus noster Sixtus Papa Quintus per suas literas declarauit, quas in fine huius libri imprimi mandamus.

nitibus contractum fuit, sine illis & clam, denuo contrahi potest. Ita quidem declarasse Pium V. & ea declaratione sacrum poenitentiarie pratorium frequenter vti testatur. Idem Nauar. d. c. 22. nu. 70. & nu. 86. Vide c. 2. eo. tit. in Decret. Sot. in 4. sent. dist. 34. q. 1. art. 2. Tom. 2.

DE OFFICIO PATRISFAMILIAS.

Tit. V I.

Quæ pro salute familiæ paterfamilias curare debeat. Cap. I.

SICUT vberimum ab optima institutione præmium Paterfamilias capiet, quicumque liberos, familiamq; suam ad Dei cultum, & ad pietatis, Christianarumq; virtutum disciplinam erudierit: ita quicumque debitum hoc paternæ curæ officium neglexerit, vel prætermiserit, is expectet, vt in die Domini sibi durissimum iudicium fiat.

Vid. inf.
eo. c. 5. &
de ora-
tione Ve-
spertina
c. 1.

De familiæ igitur suæ salute imprimis sollicitus, tum bonorum operum exemplo, tum crebris cohortationibus se ei magistrum præbeat, ac ducem ad piæ, sanctæque agendum.

Curet autem, vt nemo quisque de familia sua sit, qui Christianæ fidei rudimentis instructus non sit, siue filij filiaque sint, siue serui, & ancilla, siue alij in famulato suo. Quam ob causam ad illius scholas, quos de familia sua rudiorit, conuenire iubeat, sique eam ampliore habet, domi etiam instrui studeat; idque ad præscriptas interrogationes paruuli libri, eo nomine editi ad prouinciæ vsus à sanctæ memoriæ Cardinali Borromeo.

Vt stata hora, datis institutæ orationis communis signis, campanarum sono, illa omnis certo loco congregata, ad præscriptum temporis spatium, sanctè oret, & precetur.

Vt frequentes illa vniuersa confiteatur, & sacramentaliter sacram Eucharistiæ sumat.

Vt singulis diebus Missæ sacrificio intersit; aut saltem in vigilijs; statis ieiuniorum temporibus Quadragesimæ diebus id præstet: festis autem diebus, vt ne quis de sua familia interesse vlllo modo omittat.

Vt Festis præterea diebus ad sacras conciones, lectiones, supplicationes, diuina officia, aliasve pietatis Christianæ exercitationes conueniat.

Vt ne quis, ij sacris diebus opus seruile faciat.

Vt vigilijs, & quatuor temporum, & Quadragesimæ, & alia stata ieiunia illi in familia seruent, quibus Ecclesiæ præcepto iussum est.

Quo autem tempore, vel iubileæ celebrantur, vel supplicationes publicæ processionibus fiunt, familiam sepe moneat, illis sanctis actionibus piè interesse.

Certis item piorum hominum institutis sodalitatibus vnumquemque de familia sua adscribi admoneat; quo se quisque ardentiori studio exerceat in operibus pietatis.

Ne patiat in familia esse quempiam, qui blasphemus sit, qui periurus; qui item corruptis moribus vtatur, qui obscenè quicquam vel loquatur vel agat; qui aleis ludat, qui denique cæteris turpis vitæ exemplum præbeat.

De vitæ præterea spiritualis ratione, & pijs exercitationibus, aut de vi-

tis

tis sanctorum probatos sacerdotis confessarij iudicio libros, in quorum lectio-
ne familia aliquando versetur, domum suam introducat, exclusis obscæne,
turpiter, iocosè conscriptis, alijsque id generis libris, vnde morum institu-
tionisq; corruptela existere possit.

Ut autem in domestica disciplina, institutionisque officijs illa omnis accu-
ratus se contineat; eam aliquando paterfamilias recognoscat, inspiciatque
imprimis quæ vniuersæ suæ domus Christiana; institutio, qui singulorum
mores, quæ ad pietatis, vitæq; spiritualis progressio, cubaculaque singulo-
rum sepe visitet.

Quicumque verò mercaturam, artemq; aliquam exercent, non domi so-
lùm, sed in suis officinis, & tabernis Christianæ vitæ rationes has operarijs
institutoribus ve suis constituant.

Cum domus à Parocho benedicenda, quæ paterfamilias præstabit.
Cap. II.

Paterfamilias autem, cuius adibus, domicilijs ve benedicetur, piè se præ-
parabit ad eam sancto desiderio suscipiendam, iuxta tradita per Domi-
num meum in Concilio Quinto Prouinciali.

Ideo ante familiam suam rectè recognoscet, monebitque vniuersos, &
singulos, ad præscriptam regularum, quæ de christiana familia institu-
tione editæ sunt.

Amoveri curabit, quæcunque domi suæ sunt christiana familiae instituto
insignia, quæque Dei oculos offendunt.

Libros de rebus obscænis, turpibus, impudicis, inanibus, ac decantationibus
inhonestis, ceterisq; id generis, inflammati curabit.

Libros de vitæ religiosæ, spiritualisque institutis, atque exercitationibus
introducet.

Imagines obscænas, & turpes incendat: prophanas verò, quæq; ad inanem
voluptatem alliciant, amouere studeat.

Sacras Christi Domini, beatissimæ Virginis Mariæ matris, & Sancto-
rum præsertim imagines, quos patronos habet, vbique domi suæ locis ho-
nestis statuat.

Tesseræ; aleas, aleatoriasve tabellas, piftasve ad aleæ ludum pagellas,
procul abijcere curet.

Sacram communionem in parochiali Ecclesia simul eo die, vt sumant om-
nes de familia sua, procuret.

Sacerdoti, ad benedictionis munus accedenti, obuiam, vel ad Ecclesiam,
vel ad primariâ adium ianuam simul cum tota familia procedat; eorundem-
que benedictionem omni domus loco prosequatur religioso pietatis studio.

Dum Sacerdos benedicit, nemo domi, vel in officina cui benedicetur quic-
quam seruilis, mundani ve operis faciat.

Quæ subditi in nouo parcho suscipiendo agere, & prosequi debeant. Cap. III.

CVM animarum salutis, vitæq; spiritualis curam parochi paternam gerant, illis, tanquam parentibus debetur, amor, obseruantia, cultus, atque obedientia. Si igitur hoc ipso honore dignantur, illud certè etiam æquissimum est, atque adeo cum omni ratione coniunctum, vt cum primùm eorum aliquis ad Ecclesiæ sibi in titulum, curamve tradita, stationem venerit, aliqua externa obseruantia significatione ab ijs suscipiatur, ad quorum parochialem curam accedit. Quare fideles, vbi primùm ab Episcopo literas formatas acceperint de parcho, qui parochiali eorum Ecclesiæ præfectus fuerit, diem certum statuunt, quo ei aduentanti frequentis ad parochiæ fines obuiam saluti, eundem, vt moris olim fuit, suscipiant, atque ad Ecclesiam deducant, perpetua illum dilectione, amore, obedientia, atque obseruantia prosequentes.

Forma literarum Episcopaliū pro nouo parcho suscipiendo. Cap. IIII.

Literæ autem formatæ, quas Episcopi nomine cæcellarius de Parcho conscribat, eiusmodi erunt, quæ à Vicario Foraneo, aliove publicè legantur.

Filij dilectissimi. Vestræ isti parochiali Ecclesiæ parochus præfectus est presbyter N. quem ætate, vita, moribus, doctrina, virtutum disciplina prudentia alijsq; rebus ad istius parochialis curæ bene gerendæ rationem opportunis, idoneum esse, examine rectè confecto, cognitum est. Vestræ igitur partes sunt, debito honore, ex decreti nostri præscripto illum suscipere, neque solam externa quadam obseruantia, sed intimè, atque ex animo illum loco parentis diligere, & colere, præceptisq; eius, atque monitis concordati voluntate, libentiq; animo parere.

Quod sanè facere cum vestra potissimum intersit, tum quod accuratius faciatis; nos Episcopali nostra auctoritate, paterna charitate, vos vniuersos, & singulos monemus. Valete in Domino.

Quæ capita domorum in subditorum salubri cura exercent. Cap. V.

Idè sup.
co. x. i.

NULLA est amplior hereditas, nec præclarior patrimonium, quod parentes suis liberis relinquere, neq; maius precium, honestioremq; mercedem, quam domini ijs, qui sibi in seruitute operam dant, pro fidei eorum famulatu tribuere, ac persoluere possunt, quam si effecerint, vt boni Christiani emadant, quæ virtus omni terreno thesauro multò preciosior est censenda. Quamobrem qui in aliqua domo, atque familia duces sunt, curabunt diligenter, vt omnes, qui cunque suo sub imperio, & ditione viuunt, ieiunia colant, diuini verbi prædicationem crebro audiant, Sacramentis frequenter vtantur, & omnia demum veri Christiani officia exercent: famulorum autem domini non solam diebus festis tantum eis liberè temporis concedere curent, vt eius-

modi

modi officijs vacare possint, sed crebris item eos, ac paternis hortationibus excitare non desistant, ne in studio eiusmodi tam salutari segniores, neque negligentiores existant. in quo si parentes ipsi, aut domini suo officio in his defuerint; proculdubio expectent, fore sibi ut ante seuerissimum Christi Domini tribunal culpa tribuantur peccata omnia, quæ liberi, vel famuli non commisissent, si suas illis partes in hoc, alijsq; eiusmodi decretis præscriptas, sibiq; maxime debitas præstitissent. Atque id quidem multò magis timendum illis erit, qui aliquo modo impedierint, quos agat Episcopus pro culpa ratione.

Puerorum scholæ, & vitæ qualiter indagandæ, & ut in melius reformatur curandum. Cap. VI.

HIS temporibus tanta puerorum licentia est, atq; adeo effrenata, ut cum peccandi materiam afferat, tum disciplina christianæ detrimenta importet non leuia: hinc in scholis nimia petulantia, in Ecclesiis irreuerentia, turbulenta foris concitatio, atque in omni loco se se efferens impudentia, & penè proiecta audacia. Quare patresfamilias ac Episcopus, qui omni morum speculationi sanctè inuigilare debent, videant, ne grauiores offensiones inde existant: proinde & cum magistratibus, decurionibusve agant, ut aliqua in ita ratione ei rei occurrant; & præterea sacerdotes aliquot vitæ probitate, castissimisq; moribus præstantes, aliosq; pios viros, & salutis animarum zelo accensos deligant: qui puerorum scholas sæpe inuisant, mores, & uitam eorum perquirant; in Dei timore, officijsque christianæ institutionis illos contineant, idque omne cum parentibus, magistris, præceptoribusque agant. Curentque ut pius aliquis ciuitatis locus, piæve confraternitas id oneris suscipiat, quem admodum alicubi fit, ut huius generis vagantes pueri colligantur, eorumque effrenatis moribus opportunè consulatur. Quod si hac non successerit, aliam omnem, quæ sibi potior videatur, rationem ineant, ut puerorum effrenata liberati, quæ multa spiritalia incommoda parit, rectissime occurratur.

Nullo verò modo patientur, ut huiusmodi pueri Ecclesiam perturbent: quod ea maxime ratione præstabitur, si parentes, vel ij ad quos id pertinet, liberos suos tenerè atatis apud se teneant, secum ducant, eisque ostendant piè, suppliciterque orare, & sacris interesse.

Dato signo deferendæ Eucharistiæ, patresfamilias qualiter associaturi conueniant, vel quem alium delegent. Domiq; cereum hac de causa perpetuò asseruent. Cap. VII.

Parochus hortetur, & curet, ut unusquisq; paterfamilias præsertim dato campanæ parochialis signo, quo sacræ Eucharistiæ ad agrum deferendæ significatio fit, sine mora in Ecclesiam Parochialem conueniat, vel aliud de familia digniorem mittat, ad illam cerei, candelæve lumine prosequendam. Si quando autem is, qui paterfamilias est, per necessariam occupationem non potest, saltem certum aliquem hominem, vel filium natu maiorem,

vel deniq; famulum, aliumve mittat, qui id pietatis officium præstet. Atque eam ob causam domi etiam omnis paterfamilias perpetuo funale cereum, aut candelam vnam, pluresve habeat, quæ ad id pietatis opus, officiumq; vsui sint.

DE PROCESSIONIBVS, & Litanij. Tit. VII.

Ad processiones generales vbi, quando, qualiter, & qui conueniant & reuertantur, controuersiaque præcedentiæ tollatur.

Cap. I.

GENERALES processiones à Cathedrali, vel cuiusq; loci maiori Ecclesia proficiantur; & eodem reuertantur; nisi aliud Episcopo videatur.

In ijs supplicationibus generalibus, qui non venerit ante inuocationem Sanctissimæ Trinitatis pro absente habeatur, aut alia pœna ab Episcopo plectatur.

Eas Canonici, & alij Clerici, etiam cuiusuis dignitatis sint, cum superpelliceis, & vsitatis alijs sacris vestibus statuto tempore semper obeant.

Ad huiusmodi processiones, Episcopus, cum ei videbitur, ex Tridentino Concilio vocet, Regulares omnes, quamuis exemptos.

Si qua controuersia sit de priore loco, ab Episcopo ex auctoritate eiusdem Concilij tollatur.

Cum fiunt processiones qualiter cruces præferendæ & prosequendæ, quibus intendendum, & à quibus cauendum.

Cap. II.

CRUCES clerici ferant talari veste, & superpelliceo induti; ijsq; eiusmodi sint, vt eam aptè, & decore ferre possint.

Omnes ordines grauitè, & modestè procedant; colloquijsq; exclusis, psalmis, hymnis, & reliquis sacris precibus operam dent.

Nemo ordinem in processione deferat antequam ad Ecclesiam, vnde profecti sunt, redierint laici à Clericis, sœmina à viris separatim prosequantur.

Videant ab Episcopo ad id munus deputati, vt in supplicationibus, & processionibus quibuscunque, præsertim cum Sanctissima Eucharistia circumfertur, & cum frequentior Populus ad Ecclesias indulgentiæ festi diei, sacra concionis gratia, vel alia de causa cõuenire solet, ea modestia, & reuerentia adhibeatur, quæ pijs, & religiosis huiusmodi actionibus maxime debetur.

Ne inter uiam inaniter spectandi gratia subsistatur.

Ne petulanti factò, dicto ve cuiquam molestia afferatur.

Ne, quæ minus deceant, spectacula adhibeantur.

Neve actiones pro foribus adium, aut in uia represententur.

Qui secus fecerit, senerè coerceatur.

Episcopus

De Litanij, & processionibus vide Durant. in Rat. diu. off. lib. 6. c. 102. de Rogationibus, & Belet. i explicat. diu. off. c. 7. Vid infr. eo. c. 8. Sess. 25. c. 13. de regul.

Episcopus aliquos processiones præficiat, quidque curabunt.
Comensationes, diuagationesve qualiter tollendæ.

Cap. III.

Episcopus igitur præficiat certos viros, quibus cura sit, ut hæc omnia, quæ de supplicationibus præscripta sunt, seruentur, & ut res ea, qua decet, pietate agatur.

Vid. inf. c. 17.

Edendi, ac bibendi consuetudinem, secumve esculenta, & poculenta deferendi, aut ea vendendi in sacris supplicationibus habendis, vineisque, lustrandis, & suburbanis Ecclesiis visitandis, parochi studeant, fideles sapius admonentes, præsertim die Dominico, qui proximè sacras Rogationes antecedit; cum dedecet, ubi pijs orationibus, menses, & lingua exercenda est, ibi ieiunium, quod ad alliciendam Dei gratiam vim habet, tantisper seruari non posse.

Comensationibus non vacadū. c. 1. & 2. cum cæteris seq. 44. dist.

Solennes processiones infra octauam corporis Christi, à quibus, & quando fiendæ. Cap. IIII.

Quæ processiones post solemnem illam, quæ mane in celebritate Corporis Domini fit, vel eodem die, vel reliquis sequentibus septem diebus obiri solent, eæ ne fiant, nisi quibus Ecclesiis Episcopus concesserit, ijsque facultatem tantum det, ut mane, non à prandio habeantur, nisi temporis iniuria impediret, quominus mane obiri possent.

Pro prouinciali, & diocesana synodo celebranda, quæ Missæ sacra, & processiones fiant. Cap. V.

Cum primum metropolitani literis Concilij Prouincialis celebrandi dies Episcopi significata erit, illud ipse curet, ut in omnibus, & vrbis & diæcesis suæ parochialibus Ecclesiis, quintaque, feria, in singulas hebdomadas, quoad illud de more absolutum, ac dimissum erit, Missa de spiritu Sancto celebretur, in Cathedrali autem, & Collegiatis Ecclesiis processionum præterea munus singulis diebus dominicis obeatur; ex animoque, preces fiant pro optimo ipsius Concilij euentu. Hoc idem planè seruetur, ubi ab Episcopo diocesana & Synodi celebranda dies indicta erit.

Clerus cum in Ecclesia ad quædam diuina obeunda, à quibus caueat, quidve agat. Cap. VI.

Clerus cum in aliquam Ecclesiam, vel ad processiones, vel ad Stationes obeundas, vel ad funus conuenerit; illud meminerit se esse in domo Dei sancta, quæ domus est orationis; quare nullus cuiusuis ordinis clericus, aut Sacerdos in Ecclesia deambulet, nec in confabulationibus, & congressibus, eo loco indignis, versetur: sed vnusquisque aut solus, aut comitibus, sociisque, aliisque adiunctis, religiosas preces Deo in causa adhibeat, quamobrem clericus vniversus conuocatus est. Cum autem statio celebretur, ne vllus item Clericus extra Ecclesiam maneat; sed omnes intus sint, omni que pietatis consensione Deo statas illas preces canant.

Confratres ad processiones, qualiter vt conueniant, & se flagellent. euocandi. Cap. VII.

Episopus efficiat vt confratres, etiam nominatim non vocati, ad statas, & solennes processiones accedant, easq; rectè, atque ordine obeant; vtque non mercede conducti, sed pietatis gratia flagella sibi adhibeant.

Episcopus, qualiter regulares, ad obeundas processiones compellat. Cap. VIII.

Vid. sup.
c. I.

Tridentini Concilij auctoritate Episcopus cum regularibus agat, propositis etiam censuris, & pœnis, vt tum in vrbe, tum in diœcesi, vbicumque ij Monasteria habent, vnà cum reliquo clero seculari processiones publicas, ad Tridentini Concilij præscriptum, ipsi obeant, usque inter sint.

Sanctissimi corporis Christi solennis processio, qualiter, & sine reliquijs agenda. Cap. IX.

In solenni illa processione, in qua Sanctissimum Domini Corpus per urbem religioso cultu defertur, ne reliqua vlla, sed illud solum, vti veteris instituti, Ecclesiæque Romanæ matris consuetudinis est pio, religiosoque apparatu, solenniq; celebritate feratur.

Canonici, & etiam dignitatem obtinentes in processionibus solennibus Sanctissimum corpus Christi quibus cereis concomitentur. Cap. X.

Canonici singuli, & qui dignitates obtinent, cum processiones publicas, Cillam præsertim solennem, quæ in celebritate Sacri diei Corporis Domini agitur, atque alias item in portando Sanctissimo Sacramento singulis mensibus constitutas, obeant; cereum ad intortitium accensum in manibus, capite aperto ferant. Capitulum autem decenti magnitudine, & crassitudine habeat, quot Canoniorum numero satis sint.

Cap. XI.

RELIQVI chori ministri cereos item accensos habeant, eosque forma conueniente.

Indulgentiæ solennitatum Sanctissimi corporis Christi, à Parocho qualiter denunciandæ, & fideles pro quibus admonendi.

Cap. XII.

QUO autem religiosius diœcesis nostræ fideles Sanctissimi Corporis Christi Domini solennitatem colant: pietatisq; operibus, quæ sacro illius solennitatis tempore præstanda sunt, indulgentias à summis Pontificibus, Urbano Quarto, Clemente Quinto, Martino Quinto, item & Eugenio Quarto, concessas consequantur. Parochorum cura sit, die Dominico solennitatem præcedenti, hæc paterna charitate, grauique sermone illos præmonere, atque hortari.

Vid. cle.
de reli.
& vener.
San.

Primo

Primo vt confessi, vel in solennitate, vel intra octauam, Sacram communionem sumant.

- 2 Ut pro facultatibus eleemosinam dent.
- 3 Ut pure casteque in orationibus frequentes, atque assidui sint, in pietatisque christiana exercitationibus conuersentur.
- 4 Ut pridie solennitatis ieiuent.
- 5 Vt & in solennitate, & reliquis deinceps septem diebus ad vespertinum, & matutinum, aliarumq; Canoniarum horarum officium, & missa solennis sacrum frequentissimi conueniant, processionemq; solennem item supplices obeant.
- 6 Utque ad ea christiana pietatis officia fideles magis inflammentur; per eosdem parochus, indulgentia, vt infra exponuntur, ab eisdem Pontificibus unicuique verè pœnitenti, & confesso data, euulgentur.
- 7 Ieiunantibus pridie solennitatis, indulgentia concessa annorum centum.
- 8 Præsentibus in vespers primis, indulgentia annorum etiam centum.
- 9 Iis, qui in solennitate missa solennis sacro intererunt, indulgentia annorum totidem.
- 10 Qui in matutino aderunt, ijs indulgentia annorum totidem.
- 11 Qui in secundis vespers intererunt, ijs quoque data indulgentia totidem annorum.
- 12 Qui prima, tertia, sexta, nona, completorij officijs aderunt, indulgentia ijs datur quadraginta annorum pro singulis horarum officijs.
- 13 Qui intra octauam, vespertino, matutinoq; officio, & missa solennis sacro aderunt, indulgentiam item datur annorum centum.

Solennes, publicæque supplicationes qualiter obeundæ.

Cap. XIII.

Causa supplicationes publicas, solennesq; fieri opus erit; primum earum causa processionibus agantur, deinde Missa solenniter celebretur: nisi aliter ob causam Episcopus aliquando iusserit. Clerus etiam regularis, piarumque confratrarum homines, populus denique omnis, cum ad Ecclesiam vbi supplicandi causa statio fiat, processerint, inde ordine item redeant ad Ecclesiam, vnde discesserint, vt etiam decretum est, nisi Episcopi præscripto in Ecclesia, ad quam ventum est, processio absoluenda, & dimittenda sit: tuncq; inde ad suas quiq; Ecclesias, benedictione Episcopi, aut missione de more facta, collegiatim cruce præcedente abeant licet, peractis ante supplicationum, prout ritus est, solennibus precibus, atque orationibus.

Supplicationum officia diuina vbicunq; fiant, ac à quibus de clero peragentur. Cap. XIII.

Quæ verd in hoc supplicationis munere, precum, & orationum officia in Ecclesia ad quam itum est, quæcunque illa sit, peragenda sunt; à capitulo Cathedralis; in diœcesi autem, à clero primaria secularis Ec-

clesia.

clesiæ, non illius, ad quam supplicandi causa processum est ritè præsentur, nisi antiqua consuetudo aliud suaserit.

Idem quod supra, pro sacro solenniter fiendo seruabitur.
Cap. XV.

Missa item sacrificium, cum ibi faciendum est, illud è capitulo, Clero *ve Cathedralis, & in diœcesi primaria secularis Ecclesiæ solenniter fiat. Quo tempore reliquus Clerus discedat, licèt, missione solenniter facta, vt in suis quisque Ecclesiis conuentualem parochialem ve Missam concelebrat: nisi aliter quandoque Episcopus iusserit.*

Cum in Ecclesia pro quauis pia causa conuenitur, locus quis ibidem deligatur vbi quisque tacitus preces deuotas effundat. Cap. XVI.

Clero ad Ecclesiam conuenienti, processionis, supplicationis, alteriusve *eiusmodi officij causa, locus aliquis Ecclesiæ illius amplè quantum potest, patens, constituatur; vbi simul vniuersus, si potest alioquin collegiatim saltem vnusquisque ordo conueniat, & tacitè præcando consistat, donec illas obeat: nè per Ecclesiam vagetur, aut quidquam admittat, quod vitium est nostris constitutionibus.*

Qui processionem dirigant constituantur, & quid præstabunt.
Cap. XVII.

Constituatur Episcopus certos homines, qui Clerum ad supplicationes *procedentem, dirigant; tumq̄, aliquando cum opus est, eundem subsistere moneant; tum etiam, qui populum in ordine consistere, mulieres velatas incedere, aliaq̄, eiusmodi opportuna in ipsa etiam via moneant, præcipiant, atque vt seruentur, efficiant omni sollicitudine.*

Clerus, qualiter indutus incedat. Cap. XVIII.

In omni processione, in illa præsertim, quæ solenni die Corporis Domini *agitur, clerus secularis superpelliceo mundo, candidoq̄, indutus, vt adfit, præmoneatur.*

Quæ canenda erunt prænuncientur. Eaquæ qualiter alternatim canant, & recitent. Cap. XIX.

Cum ad processionem Clerus vocatur, quid psallendum, quid canendum *ve ei sit, vt opportunum erit significetur.*

Canant omnes, cum verò aliquot canentibus, alijs canere non licet; qui *binii incedunt submissa voce, Psalmum, Hymnum, Antiphonam, Prece[m] ve piam, inter se dicant, supplicationi, quæ sit, mysterio ve conuenientem.*

Qualiter

Qualiter omnes clerici bini, & non laicis præmixti incedant.

Cap. XX.

Clerici omnes seculares, & regulares, & qui in Basilica Cathedrali dignitates obtinent, bini semper procedant: neque item inter eos vlllo modo laici homines quocunque gradu sint, interiecti incedant; neque item inter Episcopum & eosdem, laicis locus sit.

Errantes puniendi. Cap. XXI.

Quicumque Clericus in processione erratum contra præscriptum commiserit; pro præscripta ratione punctator sigillatim, nominatimq; illum notet.

Vexilla sacra à quibus præferantur. Cap. XXII.

Sacrarum imaginum insignia, vexilla ve Cleri, ne laicus homo in processione præferat: ubi clericus quisquam est, qui hoc munus præstare possit.

Campanæ omnes Ecclesiarum pro processionibus, quando pulsandæ. Cap. XXIII.

In omni Ecclesia, unde ad statas processiones Clerum, populumq; egredi solenne est, vbi primum procedendi initium fit, campanarum omnium pulsationes solenniter tamdiu adhibeantur, quod inde Clerus uniuersus in processione munere egressus sit; Idemq; cum à processione reditur, præstetur. Itidem in Ecclesiis fiat, quæ in vicinia sunt vbi processio agitur.

Cap. XXIII.

Musicis cuiusuis generis instrumentis in processionibus, sonari ne nullo modo permittatur.

Non interessentes de clero processionibus, qualiter puniendi.

Cap. XXV.

In supplicationibus, processionibus ve, quæ summi Pontificis, Episcopi ve iussu in exteriori, aut interiori Ecclesiæ circuitu aguntur, Canonicis, & alijs Chori ministris, qui distributionum quouis modo participes sunt, tantum ex communi residentia censu distribuuntur, quantum ipsis dari solet, cum in Choro presentes hora tertiæ officio adsunt. Si uero pro feria festiq; ratione, quo processio agitur, non in circuitu Ecclesiæ, sed per Urbem, oppidum ve illa fiat, agatur ve triplum detur, quæ omnis distributionum portio, detur ijs tantum scilicet, qui illas presentes obeunt. Quod ad alios autem clericos attinet, qui processioni, supplicationi ve interesse debent, nec uero distributionum participes sunt, cum ijs Episcopi arbitrato, certis mulctis, pænis ve agatur.

Populus

Populus qualiter non ex ædibus inspicere processiones, sed profequi debeat. Cap. XXVI.

CVRET Episcopus, ut omnes tum mares, tum femine sacro solennitatis Sanctissimi Corporis Domini, religiosoq; die, eam processionis celebritatem, non è fenestris, neque omnino è superiori loco inspiciant, sed eam profequantur, omni pie religiosoq; uenerationis studio.

Itidem præterea curet de alijs publicis processionibus, cum illas omnes populum supplicem profequendo, pie obire institutum sit.

Ne processionum tempore cibi potusque eleemosynæ distribuantur. Cap. XXVII.

SI qua eleemosyna panis, & uini, aut aliorum ciborum, certo constituto tempore, pijs etiam legati, iure, aliove quouis nomine distribui debent: earum distributio, ne processionum, supplicationumve tempore fiat: quominus illa comestationibus, crapulisve occasio præbeatur; sed illis peractis id agi liceat.

Certi dies Ecclesiæ pro diuersitate supplicationum habendi. Cap. XXVIII.

STATI dies processionum, quæ pro gratiarum actione fient, ut antiqui ritum monumentis traditum est, sint, Dominicus scilicet dies, uel Feria Quinta. Si uero pro calamitatibus, peste, bello, fame, alijsq; id generis supplicandum est, processionibus publicæ agantur Feria quarta, Sexta, & sabbato; quibus processionibus agendis, etiam certas Ecclesias Episcopus statuet libero arbitratu suo.

Qualiter propositis indulgentijs parochus fideles, ut sub parochialis vexillo ad processiones accedant cohortetur. Cap. XXIX.

Supplicationibus publicis obeundis, fideles sua quique Ecclesiæ parochialis vexillo prælati, ut frequentes ordine procedant eos parochus sæpenumero prout occasio tulerit, accuratè moneat, ualdeq; accedant, dono munereq; indulgentiæ quam Gregorius XIII. pro sua paterna charitate Provincia Mediolanensi concessit: cuius indulgentiæ literas in fine huius libri impressas, ob eam causam frequenter parochialibus suis euulget.

Quò frequentiores item in concione sacra, in Missa maiori, Vesperis, etiam Completorio, præsentibus adsint, iisdem Indulgentiæ literis illos crebro cohortetur, & moneat.

Non nisi de licentia noctu processionibus fiant, quas profequi mulieribus omnino interdicitur. Cap. XXX.

Quæ ad sanctæ pietatis institutum, atque usum salutariter instituta sunt pastoralis curæ est, cauere, nè deprauatis moribus corrumpantur.

Sub die
V. April.
1580.

Quo-

Quoniam igitur in processibus, quæ à nonnullis confratribus, societatibus ve noctu fiunt, religiose quem illis primùm institutis, offensio aliqua inesse potest: idcirco, ne illas imposterum noctu agi liceat, nisi & Episcopi concessu, & regulis certis ab eo præscriptis. Mulieres autem processiones nocturnas obire interdictum omnino sit.

DE ORATIONE QUADRAGINTA Horarum. Tit. VIII.

Pro quadraginta horarum oratione qualiter in altari, & quibus solennitatibus Sacramentum collocetur.

Cap. I.

VT Oratio, quam vocant quadraginta horarum, coram Sanctissimo Sacramento, quo frequentissimus populus convenire solet, qua pietate & religione instituta est, eadem retineatur, & propagetur decernimus.

Prosequutio prædictorum. Cap. II.

MT Sacramentum in altari, decenter ornato, collocetur, quo tempore, vel litaniæ cantentur: vel si temporis ratio patiatur, Missa celebretur, neque tamen extra ambitum templi Sacra Eucharistia deferatur; nisi secus videatur Episcopo.

Noctu qui conveniant, interdium mares à fœminis separatim orent.

Cap. III.

NE M I N I autem eò, præter orantes custodes, huius orationis causa noctu convenire liceat.

Interdium autem mares, quantum fieri potest, separatim à fœminis orent.

Non nisi de licentia quando & quàm piè constituenda.

Cap. IIII.

Oratio quæ quadraginta horarum dicitur, ne vlla in Ecclesia extra ordinem constituatur, sine Episcopi concessu; Isq; eam ita sanctè geri curet, vt p̄ illius instituti ratio exigat.

Quæ Ecclesiæ eligendæ. Cap. V.

IN ijs solùm Ecclesiis siue sæcularibus, siue regularibus, oratio fiat, celebretur ve, in quibus Sanctissimum Sacramentum asseruatur: nec verò in ijs omnibus, sed in illis tantummodo, quæ Episcopus statuerit.

In conspectu Sanctissimi Sacramenti fiat. Illudve qualiter quibus cum luminaribus collocabitur. Cap. VI.

Fiat autem in conspectu Sanctissimi Sacramenti; quod è tabernaculo expositum, in maiori, aliove, vt Episcopus ita censuerit altari propalam collo-

Vid. sup.
co. c. 15.

cetur. Quod ut cum dignitate, decore, religioseq; agatur, alta., vel capelle, ubi exponetur, collocabitur, ornatus decens sit, ac religiosus.

Cerei præterea in altari accensi ad minimum sex colliceant; lampades pauciores quàm tres.

Qualiter palàm Sanctissimum Sacramentum sit proponendum.

Cap. VII.

ORationis initio, cum Sanctissimum Sacramentum palàm proponendum est, primùm datis solemniter de more pridie illius diei, Vespere, & iterum eo die paulò ante campanarum signis, præsens adsit cum sacerdote pluuiali indutus, qui illud religiosè proponat; tum illius Ecclesiæ, ubi oratio futura est, aut totius parochiæ, si Ecclesiæ parochialis est, clerus superpelliceo vestitus, qui in hac functione illum adiuuet. Si verò, qui conuenerint clerici, vel parochiæ, vel Ecclesiæ pauciores sint quàm sex: alij aliunde euocentur, ut ne eo numero pauciores adsint: hique cum luminibus accensis, tum homines itidem parochiæ, in cuius Ecclesiæ finibus ve oratio exponitur, præsertim Sanctissimi Sacramenti sodalitati adscripti.

In eo proponendo, & reponendo qualis processio habenda.

Cap. VIII.

Processio in exponendo Sanctissimo Sacramento per Ecclesiam agatur litanijs, stansque antiphonis, precibus, & orationibus, tum cereis accensis; itidemque in eo reponendo seruetur.

Qui & qualiter proposito Sacramento iugiter assistant.

Cap. IX.

DU Millud in altari propositum est, clerici duo superpelliceo induti capite aperto, ad altare semper assistant: quorum alter diaconus saltem sit, aut saltem vnus, isque in sacro ordine constitutus.

Quæ precum tabellæ ibidem ad cancellos affigendæ.

Cap. X.

AD altaris verò capelle ve, ubi proposito Sanctissimo Sacramento Oratio fit, cancellos, affixæ sint tabellæ precum, & orationum, quæ pro tempore, calamitatum ve oratione, orantium vsui, ex sanctæ matris Ecclesiæ instituto accommodatæ, eæque literis grandiusculis exscriptæ, loco perspicuo sint.

Quando, & qui sermo habendus. Cap. XI.

AD excitandam præterea populi in stata hac oratione versantis, pietatis hoc curetur; ut aliquando, quo præsertim tempore, quæ ve hora frequenter est fidelium ad eam concursus, sermo, isque breuis, ad piæ meditationis studium inflammandum appositè habeatur.

Quo-

Ut omnia ritè agantur vniuscuiusque parochiæ viri qui præsent
 beligantur. Cap. XII.

VT autem ad huius constitutionis præscriptum omnia quæ ad huius stat
 orationis vsum, sanctè retinendum pertinent, decore, ritè, ordineque
 agantur: vnièuique parochiæ in locis populosis ab Episcopo aliquot viri gra
 ues, pietatis, spiritualisq; vitæ amantes, & in ijs saltem vnus Ecclesiastici
 ordinis, qui alijs præsit, constituantur; qui in sua quique parochia orationis
 huius curam gerant, quo tempore illa celebratur, eorū præter cætera munus
 erit videre, vt ab huius sanctionis præscriptam normã illa fiat, celebretur ve.

Collectiones elemosynarum tunc quomodo prohibeantur.

Cap. XIII.

NULLO pretextu, illo orationis tempore ad elemosinam excipiendam,
 colligendam ve, pelues, aut vasa eiusmodi paruula exponantur; sed Epi
 scopi permisso, concessu ve capsulas proponi liceat.

Orationis horæ qualiter populo assignandæ. Cap. XIII.

ORATIONIS huius curatores videant, vt per quadraginta ipsas
 horas fiat. Cui rei quod cautius prospiciant; supputata parochialis vi
 ciniæ incolarum, tum marium, tum fæminarum ratione, illisque in certas ob
 eam curam classes congruenter distinctis, & dispositis horis statæ orationis
 pro supputatione inita, & populi partitione facta, ita separatim, ordineq; assi
 gnent, vt sua hora classes singula ad orandum conueniant; & intermissionis
 nullum spatium relinquantur.

Fœminæ à maribus separatim orent. Cap. XV.

HOC orationis tempore, in Ecclesia, vbi illa celebratur fœminæ à mari
 bus separatæ, tabulato interiecto, aut alio intersepto adhibito orent.

Supra
 cod. ca.
 3. in 5.

Ne noctu fœminæ conueniant, & si intermittatur qualiter tempus
 compensandum. Cap. XVI.

NE noctu fœminis orandi statæ hora aditus ve in Ecclesia detur.
 Quod si noctu orantes deerunt, Sanctissimum Sacramentum in ta
 bernaculo reponatur.

Quod si forte ex hac, vel alia causa Episcopi iussu aliquando noctis inter
 mitti contigerit; interdū compensetur continenti orandi spatio.

Noctu ostia, pulsantibus tamen aperienda, claudantur.

Cap. XVII.

CM oratio noctu celebratur: ne propterea Ecclesiæ ostia pateant, sed
 clausa pulsantibus, & ad orandum conuenientibus, etiam singulis ape
 riantur.

Nulli

Nulli præter monialibus qualiter noctu orare permittitur, Sacramentumve recordendum, & depromendum sit.

Cap. XVIII.

IN Ecclesiis monialium, cum oratio hæc celebratur, nemo prorsus noctu illam ad orandum intromittatur. Verùm ubi Sanctissimum Sacramentum per noctem in tabernaculo maiori repositum, moniales si voluerint, solam ab interiori Ecclesia adorantes nocturno eo tempore per statas horas in oratione perseverent; summo verò mane iterum è tabernaculo illud depromatur.

Quadraginta horarum orationis spacium quando prorogari non liceat. Cap. XIX.

PRæfinito illo quadraginta horarum tempore, nec verò diutius, in Ecclesia ubi concessum est, oratio hæc celebretur. Id verò temporis prorogari ne liceat nisi Episcopi concessu. tamen cum noctu terminari contigerit, ad lucem produci eiusdem iussu licebit, si quando huius orationis initium, & finem noctu fieri, minus decenter ille animaduertit.

Quæ pro Sanctissimi Sacramenti orationis causa exponendi cultus sancita sunt prædicta, inuiolatè erunt seruanda etiam ubi extraordinariè illud adhiberi concessum erit.

Cap. XX.

QUacunque de loco, Ecclesiæve, in qua exponenda sit sacra Eucharistia pro oratione quadraginta horarum, hac constitutione supra præscripta sunt, aut de alijs ad cultum, & venerationem Sanctissimi Sacramenti, aut ad altaris, cappellæve, ubi illud palàm proponetur, apparatus, atque ornatum pertinentibus, ea cum in ordinario orationis huius instituto, & vsu, tum etiam si quando extraordinariè idem adhiberi petitur, aut concessum erit, inuiolatè, accurateq; seruentur.

Qualiter in Ecclesia Cathedrali Sanctissimum Sacramentum solentius exponi debeat. Cap. XXI.

IN Ecclesia Cathedrali, quoties oratio quadraginta horarum, vel inchoatur, vel peracto in alijs Ecclesijs illius cursu, in eadem iteratur, alia veneratione exponitur, indiciturve; omnis ratio suadet, vt splendidiore luminum apparatu, & maiori cleri frequentia, maioriq; populi concursu habeatur, atque celebretur; Quare illius orationis initio, quod in ea Ecclesia fit, rursusq; eiusdem fine, vt Episcopo videbitur, cum illius Ecclesia clerus populus, quem pro parochia ratione peculiarem habet, tum etiam vniuersus vrbs, clerus, tam secularis, quàm regularis supplicationibus publicis interesse solet, sodalitates omnes, & cunctus præterea populus, suis parochialibus Sanctissimum insignibus distinctis, in illam matricem Ecclesiam generatim, vniuersumq; ad orationis celebritatem conueniat.

Qua-

Qualiter ad alias Ecclesias clerus, populusq; conueniat, & recedat. Cap. XXI I.

Sigillatim verò pro uniuscuiusque parochia, uicinæve, in classes distincta, ratione, quam Episcopus certam statuerit, inierit ve idem tum clerus secularis, ac regularis, tum populus statis horis, sibi ordine speciatim attributis, ad eam basilicam concurrat, more solennium processionum, Cruce, scilicet prælata, & precum, Antiphonarum, psalmorumq; pio, ac religioso cantu: indeq; quo ordine processerit, eodem pie, deuoteq; redeat.

DE ORATIONE VESPERTINA.

Tit. IX.

Quæ, & qualiter parochi, concionatoresve, patribus familias agenda & pro domesticis institutionibus denunciabunt.

Cap. I.

DOMESTICAE institutionis regulas positas sub titulo de officio patris familias Parochus per annum aliquando, prout re esse uiderit frequenti populo explicet: tum sæpius, & publicis sermonibus, & priuatis colloquijs, patres familias parochiæ suæ incolas, id moneat atque hortetur, ut quæ eorum propria officia sunt: munera, in familiæ institutione ea præstare uelint paternæ curæ studio.

Quoad cohortationis officium, etiam concionatores, & confessorij Sacerdotes, quàm frequentissimè, prout opportunum esse censuerit, charitatis zelo præstent.

Domini officinarum de dissolutionibus, quæ committuntur, qualiter à parochis admonendi. Cap. I I.

Parochus præterea, ubi aliquando in artificum, mercatorumve officinis, quæ intra fines parochiæ suæ sunt, ab operarijs, alijsve qui illic artem exercent, aliquid committi intellexerit, quod deprauata, dissolutaq; disciplina sit, quod offensionem in parochia præbeat, quodq; à Christianæ institutionis moribus alienum, id officinarum dominos admoneat, ut quicquid illis locis corruptelarum est, inde eripiat.

Orationis communis introductæ exercitatio qualiter per parochum curanda, eiusq; indulgentiæ quando denuncianda. Cap. I I I.

Vna omnium optima indigentia nostræ interpret, & conciliatrix eorum; quæ necessaria tum ad animæ, tum ad corporis bona à Deo patre expetuntur, est oratio sancta; cuius studium, ut proprium fidelium

Vid. in d. titu. sup. præsertim. c. 1. & 5.

a Nemi-
nè exce-
ptū esse
ab eo qd
Dominus
in Euan-
gelio di-
cit, oportet sem-
per ora-
re, & nō
desicere,
& Apol.
sine in-
termis-
sione o-
rate, ait.
Nicolaus.
1. Iter re-
spōsa ad
consulta
Bulgaro-
rū, post
Cōc. Ti-
ci. i. præf-
sa. c. 61. i.
Tom. 3.
Cōc. sub
ijciēs, id
ita acci-
piē dū,

B b est,

ex sentē
tia. D. A.
ug. vñ ul
lo die, in
termittā
tur certa
tempora
orandi,
quā illa
sint ait,
quarite,
& inue
nietis, ea
vero ex
plicat e
ruditiſſi
m^o Frāc.
Turrian.
in ei^o an
nota. in
Clemen
tis Roma
ni lib. 7.
de vita
Christia
na. c. 25.
fj. Tom.
Conc. ad
hoc non
nihil vi
de i lib.
Ludolp.
de vita
Christi,
p. 2. c. 42.
in princ.
a Quā
nobis ne
cessaria
sit ora
tio, prā
ter alios,
vid. Na
varr. in
tract. de
ofone,
& hor.
Can. c. 1.
in 2. prē
lud.
b De effe
tib^o or
ationis
vide eū
dē Nau.
i d. trac.
ca. 21. in
28. con
co. n. 37.
c Conſi
tutio hec
est sub
die 24.
Octobr.
1572.

est, sic necessarium, atque omnino iussu diuino debitum: id cælestis magister, Christus Dominus exemplo docuit, verbo præcepit, crebris cohortationibus monuit, ^a & eo igitur studio fideles quò vehementius exardescerent, se sequi quotidie singuli certa hora colligentes id quod christianarum mentium ex vitæ à se illo die ad rationes inspicerent, ^b malèq; ad penitentes, ardenti oratione veniam præcarentur, & Deo gratias agerent de beneficijs, quæ acceperint: instituta est in hac prouincia orationis communis exercitatio: quæ ad christianæ pietatis progressionem introducta, ut & perpetuò conseruetur, & augeatur item, id cum omni studio parochus curet, tum propositis spiritalis gratiæ muneribus Sedis Apostolicæ benignitate, eius rei causa concessis, ^c itaq; Episcopus à Parochis suis singulis Greg. XIII. literas de Indulgentia, huius prouinciæ hominibus concessa, qui in orationis communis instituto se se exercuerint, ter in singulos annos de scripto, vel summatim pronounciari iubeat. semel inuente Aduentu, iterum Dominico die Quadragesime primo, tum solenni die Pentecostes.

Campanarum signa pro oratione, qualiter danda, dieq; statuta, ut indulgentias consequantur moniti conueniunt. Cap. IIII.

Parochus præterea pro temporum ratione certam horam assignet, quæ datis huius rei causa campanarum signis patres familias suæ quisq; domi, una cum reliqua familia certo loco ad orandum conueniant. Ut autem, qui in eo præcandi instituto se exercuerit, Indulgentiæ concessæ donum consequatur, diem itidem Dominicum Quadragesimæ, proximè præcedentem, is constituat, quo illi confessi omnes simul Sacram Eucharistiā sumant.

Imminentibus calamitatibus qualiter orandum. Cap. V.

Imminentibus verò calamitatibus suo tempore cum nullum certius præsidium sit, quàm illud, ut fideles ad Deum patrem misericordiarum assiduis precibus confugiant, certam aliquam præterea rationem is diligenter Episcopus ineat, ut & à Clero, & à populo sine intermissione, ac religiosius in orationem incumbatur.

Signum qualiter & quod pro oratione dandum.

Cap. VI.

Orationis vespertinæ, olim in hac diocesi instituta, signum distinctis campanarum ictibus, ut Episcopus præscripserit, detur. Ubi verò in vicis, & pagis, ob campana exequitatem, sonus ita difficiliter exauditur; non intermisso, sed continenti sono per horæ quadrantem; illius significationem fieri, si ita consuerit, iubeat Episcopus. Rursus quæ in Ecclesia parochiali, diocesi præsertim, ob vacationem, vel ob aliam causam, nullus, nec Sacerdos, nec clericus, aliquando est, qui huius orationis signum campana det; alia subitò per Vicarium Foraneum ratio ineat, quæ illius significatio fiat, campana item sono.

Quan-

Quando vespertina, communis oratio in Ecclesia conuenientius fieri debeat. Cap. V I I.

Vbi domicilia, inter se proxima, aut continentia sunt; in Ecclesia, tum maxime diebus festis, illam à populo fieri conuenientius est: quem frequentem conuenire, omni officio parochus curet: Ipse uerò si adesse neglexerit, intermiserit ve; mulctetur Episcopi iudicio. Curet autem Parochus, vt in Ecclesia non tardius multo ducatur, quàm ad statam horam, qua sub crepusculum noctis salutationis Angelicę signum detur.

Quando pro parochiali, alius locus, vel crux erigenda, vbi oratio communiter fiat eligatur. Cap. V I I I.

Si ex pagis, & vicis præsertim frequentioribus, in Ecclesia parochiali fideles difficilius conuenire possunt, quoniam ab ea aliquantum illa loca distant; constituat Episcopus Ecclesiam, aut capellam, oratorium ve, illis singulis propinquorem, aut commodiorem; aut denique crucem, sacram ve aliam imaginem, in trinitio erectam; quò etiam sub dio ad orationem vespertinam conuenire liceat.

Quæ orationis ratio, in cappella, in oratorio, vel in Ecclesia, quę Parochialis non est, etiam adhiberi poterit.

Oratio communis, vel si non poterit saltem particularis qualiter fiat. Cap. I X.

Si quando præterea, alijs etiam diæcesis locis, pluuia uis, niues, aliæve tempestatis grauitas, itineris difficultati adiuncta, & difficiliorem fidelium conuentum ad Ecclesiam parochialem faciat, nè ob ullam causam à tam salubri orationis instituto, & multiplicibus Apostolicę sedis priuilegijs commendato, ullo die populus desistat. Quo in officio in ijs locis adiuuetur maxime opere Sacerdotum, & clericorum quorumcunque illius pagi, loci ve.

At vbi neque his rationibus fieri poterit, vt fideles omnes vnicuiusque loci in vnum conueniant ad hanc orationis communis exercitationem; domi saltem ab vnoquoque, qui ad Ecclesiam non conuenerit, cum familia sua certo loco fiat.

Quæ, & qualiter etiam matutina oratio vt introducatur curandum sit. Cap. X.

Norint porrò fideles, quod etiam Concilio Aurelianensi quarto olim iussum est, sibi sapiens singulis diebus orandum esse, quod si aliquando frequentius non possunt, saltem non vesperti solum, sed etiam mane id se præstari oportere. Quare Episcopi cura sit, vllum vespertinę orationis quotidianę communis usum, mane etiam paulò, scilicet ante auroram, aut sub ortum solis, id quod in plerisque locis iam seruatur; ubique locorum cum in vrbe, tum in diæcesi paulatim introduci, atque ea ratione institui, vt vel in

a Si loc⁹
Eccle sia
pcul fue
rit, qd &
i alijs de
cctib. lo-
cis, oratio
ad
Deū fie-
ri possit,
vidē in
Cōc. Pa-
risiē. sub
Greg. 4.
lib. 2. ca.
13. cuius
initiu, Si
cut sunt
nōnulli;
in To. 3.
b Quod
frequent-
ter oran-
dū sit, p-
ter alia,
vide D.
Hier. Ad
Eust. cu-
ius hæc
sunt ver-
ba nota.
Egrediē-
tes hospi-
tium ar-
met oŕo;
regrediē-
tib⁹ pla-
tea, oŕo
occurrat
antequā
Sessio,
nec pri⁹
corpul-
culū re-
qescat,
quā aīa
verbo
Dei pa-
scat: ad
oēm ac-
tū, ad oē
inccsū
man⁹ pi-
gat, cru-
cē relata
in Cōci.
Parif. li.
2. c. 13. in
line in
3. Tom.

*Ecclesia, vel suę quiq; domi cum familia certo loco, vel in officinis, taberni-
ve, vel in ipsis etiam agris, atque adeo in itinere, vel in alijs deniq; locis, ubi-
cunq; , ut illo Concilio cautum est ea matutina hora sunt; et patres familias,
& liberi, & famuli, & artifices, opificesve, & operę, insit ut orefve, & cete-
ri quicunq; sunt, siue mares, siue fœmina, huius matutina orationis officio, an-
tequam artificium, negotium, remve vllam aggrediantur, precibus, Litanijs,
omniq; oratione, ac toto animo, menteq; uacent, sicq; quotidianarum actio-
num, operum, & negotiorum initium à Deo faciant, sinemq; itidem.*

Qualiter ad tempestates repellendas campana pulsanda, & omnibus
ad preces confugiendum sit. Cap. X I.

Vid. sup.
de off. Pa-
rochi. ca.
31. & de
eustodia
Euchari-
stie. c. 9.
Ad hoc
vid. Du-
rant. in
Rat. di-
uin. offi.
lib. j. c. 4.
in princ.
vbi de
cōparris
agit, &
Iohā. de
Sillua. in
tract. de
benefic.
p. 1. q. 5.
nu. 99.

Nimbis, procellisve imminentibus, sicut Ecclesiastica consuetudinis est,
campanis sonetur, tum ad tempestatem iū diuina, quę ex solenni prece,
sacraq; benedictione illis inest, depellendam, tum ad Dei misericordiam im-
plorandam christiana pietatis orationibus: ita fideles, earum sono tunc exci-
tati, in Ecclesiam, uel Cathedralem, uel Parochialem, uel in aliam saltem pro-
pinquiorem, ad orandum conueniant: si minus possunt, saltem ubicumque sint,
siue domi siue foris, supplices Deum orent; tum clerici, psalmis, Litanijs, pre-
cibus, & orationibus, quę ex ritu Sanctę matris Ecclesię ad arcendam tem-
pestatem dicuntur, Dei misericordiam deprecantur.

Oratio etiam pro fidelibus defunctis, qualiter fienda. Et ad illam
populus per parochum propositis indulgentijs cohor-
tandus sit. Cap. X I I.

Pro fidelibus defunctis religiosas Deo preces, orationemq; adhibere, offi-
cium est salubre, illud quidem sanctum christiana pietatis studio planè di-
gnum, quam ob causam Greg. X I I I. Romę instituit, prima hora noctis pro
illis in singulos dies piè orari; cuius exemplo nobis ad imitationem proposi-
to maximoperè excitati, cum iam pridem proximis annis orationem vesper-
tinam, quam communem dicimus, pro uiuis decreuerimus, banc alteram pro
mortuis iam nunc constituimus.

Itaq; Episcopus pro salutis animarum zelo, quo præcipuo incensus esse
debet, in eam curam incumbat, ut ubiq; locorum in sua diœcesi religiose, cele-
bretur, omniq; ardentissimo charitatis, & precatōnis spiritu.

Illius horam pro ratione temporis, uel brumalis, uel æstiuę, proq; prudentia
sua sub primam noctis uigiliam ita statuatur, ut iam decreta oratio uesperina
nullo modo impediatur.

Præfinit in Urbe Basilicam Cathedralem, & certas alias Ecclesias, in
quibus statim hora, statiq; campana signo significatio huius orationis, precatō-
nisve fiat.

Vnusquisque autem fidelis, ubi sit, uel domi uel foris, ad memoriam mor-
tis excitatus, primùm paradisi per tacitus in mortis suę quam breui fortasse
obibit, meditatione uersatus; tum se accendat ad orationem pro mortuis,

quam

quàm psalmo De profundis, aut precatione Dominica, & salutatione Angelica sepius repetita intimo religioso cordis affectu perorabit, ut defunctorum animæ è purgatorij supplicij ereptæ; Dei misericordia ad sempiterna cælestis vitæ præmia perducantur.

Parochi præterea, quò magis, atque magis huius pietatis studium exardescat, sæpe accurata cohortatione ad illius studium, vsumque perpetuum, parochiales suos inflammare studeant; & quò magis eosdem elliciant, indulgentiam proponant ijs concessam, qui sono campanæ moniti, atque excitati ad orationem pro mortuis piè recitauerint psalmum De profundis; aut orationem Dominicam, salutationemq; Angelicam ter dixerint, cuius Indulgentiæ pontificias literas, ut Parochi aliquando de scripto euulgent, in fine huius libri impressas extare volumus.

Literæ
datæ sub
die 10.
Aprilis.
1780.

DE OFFICIO CAUPONVM Tit. X.

Quæ monita cauponibus, & qualiter proponenda sint. Cap. I.

INFENSIONIBVS & peccatis, quæ in cauponis committi solent, pastoralis etiam cura & officio occurrendum est; ut ereptis corruptelis salutariter consulatur vitæ christianæ moribus. Quæ obrem, cum Episcopus cuius officium est in omnium cuiusvis generis hominum curam incumbere; tum Parochus etiã si quas, vel cauponas, vel tabernas intra parochiæ suæ fines habet, quàm sæpissimè ijs, qui cauponariam tabernariamve exercent monita proponat, quæ infra eorum vitæ christianæ, christianisq; moribus præscribuntur, ad eorum salutem procurandam.

Primum igitur caupo non solum familiæ suæ, sed etiam hospitibus peregrinis, alijsve, quos hospitio exceperit, & uerbis, & vitæ exemplis, & humanitatis officijs prodesse studeat; ita ut eius familia, quæ in famulatu ipsius sunt cæteris pietatis, castitatis, modestiæq; specimen, atq; indicium dent. Proinde impudicos homines, eiusve infamiæ nota inquinatos, blasphemos, concubinarios, eiusve nomine suspectos, aleatores, publicosve lufores, & id generis nebulones, qui aduenas, atq; hospites, dolis, fallacijsq; decipere solent, è familia domoq; sua eiiciat: quorum loco in familia famulatuq; pios homines disciplinæ christianæ studiosos habeat, qui aduenas ad orationem vespertinam inuitet, quam is domi suæ curet nullo unquam pacto statâ hora prætermitti.

Sacræ imagines in cubiculis habendæ, obscenæ omnino tollendæ. Cap. II.

IN caupone uestibulo, porticuve, & in singulis præterea cubiculis sacram imaginem apponere ne omitat; prophana autem omnia, ac turpiter obscenæq; inscripta, pictæue, inde amoueat omnino.

Quos apud se diutius hospitari non permittant.

Cap. IIII.

Nelenones, meretrices, historiones, mimos, & ceteros male conditionis homines, nugatoresve apud se diutius hospitari patiatur.

Erga religiosos, clericosve & pauperes qualiter se gerant.

Cap. IIII.

Religiosos, & Ecclesiasticos homines ad se diuertentes, separato si commode poterit, presertim a feminis hospitio, mensaque, excipiat: in honore habeat, nec verbis, factisve violari patiatur; pauperibus item se talem praestet, qualem se praeberere christianum hospitem decet.

Haereticos denunciet, cibos vetitos ne praebent. Cap. V.

Haereticos vero si quos diuertisse animaduertet, illico denunciet, nec ullo pacto, feria sexta, & Sabbatho, alijs item praescriptis diebus ulli vetitos cibos, quouis praetextu praebet.

Mensa benedictio, & gratiarum actio adhibeatur. Cap. VI.

Mensa initio ab hospite, vel ab aliquo familiari benedici curet, adhibita in fine etiam gratiarum actione.

Quos virum, & foeminam simul cubare non permittatur.

Cap. VII.

Ne virum simul, & mulierem cubare sinant, quos suspicetur matrimonio copulatos non esse.

Qualiter aegrotum denunciet. Cap. VIII.

Si quem dum in caupona uersatur, in febrim, morbumve incidere contigerit, de eius aegritudine statim parochum certiore faciat, qui illum inuisitat, & spiritualia remedia, eidem quamprimum impertiatur.

Se verè Christianum exhibeat. Cap. IX.

Cauo denique Christianus, ita in hospitij munere agat, ut aequitate, sinceritate, & charitate utatur, & per opera iustitiae progrediens damnationem aeternam fugiat, ac in aeterna tabernacula recipi mereatur.

DE OFFICIO MILITIS. Tit. XI.

Christianorum militum disciplina his temporibus eo prolapsa est, ut in multis Dei offensionibus, quae à militum corruptelis existunt, opere pretium etiam sit inuigilari Episcopalis monitis.

Quæ Episcopus pro salute militum præstare debet.

Cap. I.



Vbi igitur militum præsidium constitutum est illud cum eorum Ducibus, Præfektisve Episcopus studiosè, paternaq; charitate agat, ut illi in militari statione constituti, pia Christianaq; vitæ institutis congruentes viuant, cum præsertim in militum Christianorum laude positum sit, ut pietatem in primis, & religionem erga Deum obseruent, atque colant.

Quæ milites præstare, & à quibus cauere debeant.

Cap. I I.

Quod ergo ad pietatis usum, atque officium attinet id omne maxime curetur.

Ut doctrinæ Christianæ rudimentis milites rectè instituantur.

Ut frequenti sacræ Confessionis, & Communionis usu, se ad beneuendum communiant.

Ut quotidie, & mane, & vesperi certa stata hora Deum precentur.

Ut Rosario quotidiano Beatæ Mariæ Virginis, quod militibus bello contra Turcas suscepto olim præscriptum fuit, religiosè utantur.

Ut singulis diebus mane in statione communi collecti litanias recitent.

Ut in stationis loco Sacram imaginem Beatæ Mariæ Virginis, aut Sancti alicuius, quem patronum sibi, atque intercessorem in Cælis deligerint, ante oculos propositum habeant.

Ut sacerdotem item habeant spiritualis vitæ amantem Episcopi iudicio delectum, cuius monitis in militia spiritualis exercitationibus cursum teneant.

Ut in otio militari à librorum obscænorum, quiq; Christianos viros non decent, lectione abstineant, sed martyrum vitæ legendis, in quibus fortitudo, ac uirtus verè militaris elucet, totos se se occupent, cum per occupationes militares possunt.

Quid Episcopus, ut ieiunia seruent, & à blasphemijs abstineant valde agat. Cap. I I I.

Illud verò etiam maxime Episcopus cum militum Præfektis, ualde agat, ut ieiunia, & ciborum delectum ex præcepto Ecclesiæ seruent à Blasphemijs omnino abstineant, quas radicitus extirpare ille omnino conetur, cum militis Christiani, & præsertim illius, qui Serenissimo nostro Regi inservit, officium proprium sit etiam sanguinis profusione tueri gloriam Dei, sine cuius diuina ope nihil reliquum militi Christiano est, quod gloriosum esse possit.

A quibus vitijs vt abstineant virtutesve exequantur, qualiter illos Episcopus pias confratrias constituendas curet. Cap. III.

VT à furto rapinisve abstineant, idq; planè eis persuadeat, eius generis criminibus perpetuam infamiam inuri militi; considerentq; præterea, eos ex officio quod gerunt, debere ad mortem semper esse paratos.

Vt denique detractiones, mendacia, ingluuiem, aliam, luxuriam, pompamq; abhorreant; sed omnes virtutum Christianorum partes exequantur, quæ cum in omni disciplina, tum in re militari splendescunt, vtilitatesq; vberimas salutariter afferunt.

Atque ob has quidem causas inter illos pias confratrias instituere Episcopus curet.

DE SYMONIA. Tit. XII.

Pro Sacramentorum administratione nedum exigatur sed nec nutu quicquam petatur. Cap. I.

Multacō
tra symo-
niacos.
Vide in
Decreta.
l. q. i. fe-
rè per to-
tam.



MSacramenta Ecclesie non solum sine Symoniæ labe, verum etiam sine avaritiæ suspitione præbenda sint; c. neant omnes, nè in eorum administratione quidquam exigant; aut etiam Verbis, uel signis, directè uel indirectè petat. Qui secus fecerit, eum & pænis, iure communi statutis, & alijs arbitrio Episcopi ple-cti volumus.

Ius habentes in beneficijs quomodo nihil recipiant. Confidentialia & quæ reservatio fructuum interdicitur. Qualiterque inobedientes puniendi: Constitutioque de ijs recitanda erit. Cap. II.

Interdicimus & ijs, qui ius habent ad quæcunque beneficia ecclesiastica eligendi, vel nominandi, eorum ministris cuiusvis generis, ne quidquam per quamvis causam eius rei gratia, ab aliquo, cui ecclesiasticum beneficium quavis ratione tribuatur, ne sponte quidem datam, accipiant.

Neve ita detur beneficium cuiquam, vt is ad nutum eius, qui dedit, vel cuiusvis alterius postea cedat.

Neve in eo dando vlla fructuum pars ab Episcopo, & inferioribus, contra sacrorum Canonum instituta quavis etiam pietatis specie reservetur.

Qui ex ijs, quos diximus, secus fecerit, iure ac facultate nominandi, vel presentandi deinceps uti non possit.

Qui uerò beneficium conditionibus huiusmodi acceperit, sciat ex sacrorum Canonum decretis, se nullum in eo ius adeptum esse, atque ideo fructus suos non facere; quosq; perceperit, sine conscientie labe retinere non posse, ad eorumq; restitutionem compellatur.

Omnes

Omnes item ij ceteras pœnas dent, simoniacis à sacris canonibus, & constitutionibus Pij IIII. & Pij V. contra confidentiam committentes constitutas, & quas Episcopus præterea de ijs sumendas iudicauerit.

Eandem Pij V. constitutionem Episcopus semper in diœcesana synodo publicè recitari iubeat.

Quibus beneficia non dentur, nisi per eos prius, & quod iuramentum præstetur. Cap. III.

Neminem autem, uel præsentatum, uel nominatum, uel electum, uel ab inferioribus prouisum prius admittat, aut instituat Episcopus, quàm infra scriptum iusiurandum ab eo exegerit.

Ego **N** præsentatus, uel electus & c. ad beneficium. **N**. iuro per sacrosancta Dei Euangelia, quæ meis manibus tango, neq; me beneficij obtinendi causa, aut, ut ad id præsentarer, uel nominarer & c. neq; quemquam alium meo nomine, aut consentiente, uel sciente, quidquam collatori, patrono, seu alij cuiquam ea de causa promississe, aut dedisse, aut compensasse, aut prius datum confirmasse, uel apud quemquam deposuisse.

Neq; mutuo dedisse, uel locasse, uel prius mutuo datum, commodatum, locatum, aut quocunque modum remisisse, aut relaxasse.

Nec de domibus, terris, prædijs, redditibus eius Ecclesiæ fructibusue, decimis, aut oblationibus eiusdem præteritis, præsentibus, ac futuris, donationem, remissionem, locationemue fecisse, promississe, aut iniuisse; aut aliū, mandante, uel consentiente me, promississe, fecisse, aut iniuisse. Ita me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Euangelia.

Pro labore literarum beneficiorum quid tantum persoluator.

Cap. IIII.

Notarijs scriptoribus, alijsq; Episcopi ministris pro omnium opera, sumptu, ac labore, in conficiendis literis, quibus beneficij collatio, confirmatio, institutio, prouisio continetur non plus uno aureo ad summum persoluator.

Ne propter ius patronatus aliquid annexum plus vendatur.

Cap. V.

Episcopi munus erit cauere, nè propter ius patronatus occasionem pluri aliquanto res, cui illud ius annexum est, vendatur, aut transferatur; si qui uero nihilominus ita uendiderint, pœnas contra simoniacos editas incurrant.

Quando in causa beneficiorum vexationem redimere liceat.

Cap. VI.

Ne redimenda uexationis specie in causis beneficiorum simoniacæ pactiones intercedant, nemini licere uolumus, ad redimendam uexationē,

Ed. cal.
Iunij an
no 1569.
in Bull.
inter ei
conflit.
num. 87.
fo. 1015.
Vid. ex
infr. eod.
c. 10.

ne in

ne in casibus quidem iure permissis pecuniam dare, quidquamve pacisci, aut transigere; nisi Episcopi consensus accesserit. cuius partes erunt, & perspicere diligenter, an subsit aliqua fraus; & ubi rem fraude carere, & iure permissam esse cognoverit, non denegare ei, qui petierit facultatem se à vexatione liberandi, qui contra, quàm decretum a nobis est, fecerit, Episcopi arbitrio plectatur; & quod actum fuerit irritum sit, ac nullum.

Qualiter participantes in simonia, vti principales simoniaci puniantur. Cap. VII.

VT omnis ad simoniam aditus intercludatur, statuimus, ut non solum auctores simoniae, sed eius internuncij, & interpretes, Notarij etiã, qui simoniaca instrumenta conficiunt; iisdem pœnis teneantur, quibus addicti sunt ij, qui per simoniam contaxerunt.

Ijs etiam pœnis comprehendi volumus eos, qui scientes inter eos, qui contrahunt, simoniacam pactionem intercedere, in eorum gratiam sua beneficia obligant.

Ne quisquam in admisione in capitulum, seu collegium, & post admisionem in distributionibus defraudetur, qualiter provideatur. Cap. VIII.

Cœc. Trident. scilicet. 24. c. 14. de retor. Vid. inf. c. 13. c. 13. c. 14.

Sacri Tridentini Concilij auctoritate, ea Cathedralis, & Collegiarum Ecclesiarum statuta, constitutionesve quasunque si quæ sunt etiã iure iurando, & quavis auctoritate communitas, consuetudinesq; illas, etiam immemorabiles, quæ & si fortè non expressam simoniam sordidam tamen auaritiam præ se ferunt, antiquamus, & abrogamus, atque rescindimus, quibus illud inductum est, vt qui nuper in Canonicorum Capitulum, aliorumve Ecclesiasticorum hominum Collegium adscriptus, Capituliq; aut Collegij iudicio, ad ea canonicalia, aut alia, quæ ad eos pertinent, obediunt munera idoneus comprobatus est; sex tamen mensibus, qui probationum nomine vocantur, Choro inseruire ante debeat, quàm distributiones quasunque etiam quotidianas percipiat, alijsq; Canonicis, uel alijs eiusdem Collegij hominibus accrescat, quæ portio sibi eo temporis spatio inseruiente, iure obueniret. Illudq; in perpetuum iubemus, ut in alicuius Ecclesie Canonicorum Capitulum, aliudve Ecclesiasticum Collegium cooptatus, cum admissus, comprobatusq; erit ad muneris sui functiones, is statim particeps sit residentiam fructuum, quotidianarumq; distributionum, quæ ab ijs, ad quos spectat, eidem præstentur pro ratione Canonicarum horarum, quarum officium deinceps in Ecclesia ille obierit.

Cœc. Tolent. 8. c. 3. Tom. 3. c. cum super de confess. ex de simon. to. 10. fer. ut.

Quicumque illas constitutiones, statuta, & consuetudines, hoc decreto abrogatas seruarint; contra eos simoniae pœnis, quæ canonum iure, & summorum Pontificum constitutionibus statuta sunt ad Tridentini Concilij præscriptum agatur.

Ne huic

Nè huic autem decreto fraus fiat, hoc statuimus, ut quoties is, qui in eiusmodi Collegium cooptandus erit, eiusdem Collegij præfectum conuenerit ad se probandam, huius probationis examen intra octo dies de eo habeatur; alioquin probationis ius Episcopi sit.

Quod si octo illis diebus habito examine, is probatus non sit, sibiq; persuadeat id iniuste factum esse, ad Episcopum confugiat, qui habitis de eo examinis questionibus, se iniuste repulsam illum tulisse animaduertit, Capitulum Collegiumve compellat ad eum recipiendum.

Circa constitutiones quibus pars reddituum præbendarum applicantur, quæ Apostolica sanctio seruanda: Et tunc pro pensionibus quid agendum: Et si sacristiæ, quando non alibi applicetur. Cap. IX.

Quibus in Ecclesijs ea uel constitutio, uel consuetudo est, ut Canonicus nuper creatus, quos fructus præbendæ suæ primo anno percipiet, eos omnes uel aliquam eorum partem fabricæ Ecclesiæ, aut sacristiæ, alijsve pio loco soluat; in posterum ad unguem seruetur, quod constitutione Pij Quinti super hoc cautum est, & si ei præbendæ onus pensionis, uel reservationis fructuum omnium, alicuiusve partis eorum impositum est, is prorata solum fructuum, quos liberè percipiet soluat; fideiussore tamen caueat, se reliquam item fructuum illius præbendæ partem soluturum, quamprimum uel morte, uel concessu, remissioneve eius, cui fructus reservati sunt, quiue pensionem obtinet, adipiscetur.

Eam uerò fructuum partem, quam soluere debet nè soluere prius cogatur, quam illorum percipiendorum dies uenerit, sed aut fideiussorem de se eo ipso tempore statim soluturum; aut Episcopus apud aliquem illos sequestri nomine asseruari curet, donec quod debetur, persolutum erit. Curet autem Episcopus, ut fructus, & cuiusuis generis proventus, ad sacristiam pertinentes, nè in alios sumptus, nisi in ipsius sacristiæ usum, erogentur, ideoq; quotannis cognoscat, quo modo distributi, & quas in res erogati illi sint. Liceat tamen eidem Episcopo de Capituli consilio eos fructus in fabricæ, uel rei alterius, ad eam ipsam ecclesiam spectantis usum, aliquando conuertere; si modò sacristiæ minus tunc opus esse iudicarit.

Hæc constitutio edita pridie Cal. Iunii 1570. in ter ciuf. de Pont. constit. nu. 106. in Bull. fo. 1080.

Bulla confidentiarum quotannis publicanda.

Cap. X.

De confidentijs constitutio, quam summus Pontifex, Pius Quintus tulit, quotannis in diæcesana synodo de scripto recitetur, ac promulgetur.

Vid. sup. eo. ca. 2. in fine.

Pro col-

Pro collatione beneficiorum, nec sigilli nomine, à quibus nihil, sed quid tantum pro scriptura percipiatur.

Cap. X I.

VT auaritia omnis non modò labes; sed suspicio, uel minima ab Episcopi domo, atque ab omni etiam ecclesiastico foro tollatur, nè deinceps in beneficijs conferendis, aut quauis prouisione dandis quicquam uolo cuiusuis generis, ne sigilli quidem nomine, accipi, exigiuè ab ullo liceat; omni prorsus, si qua huic decreto repugnet consuetudine antiquata, & abrogata. Notario tamen, cui pro muneris sui laboribus certa merces, nulla constituta est, aliquid pro opera, quam in literarum scriptione ponit, accipere liceat, ad taxæ prescriptum: ita tamen ut pro omni uniuscuiusq; beneficij collati, uel prouisionis nomine dati, scriptura à se confecta, alio uè quouis nomine, uel pretextu, plus auro nummo ad summum ne capiat.

Supra
c. 4.

Possessio beneficiorum qualiter capienda. Cap. XII.

NE pro beneficio Ecclesiastici possessione adipiscenda plus, quàm par est, impensæ quis in compluribus instrumentis, eo nomine conficiendis, uel exscribendis faciat, cum eius bona Varijs locis sita sunt; id propterea decernimus, & declaramus liberum esse unicuique, cui beneficij aliquod collatum, aut quouis prouisionis nomine datum est, illius solum Ecclesiæ, altaris uè, in quo beneficij titulus est, & illorum tantum eiusdem beneficij prædiorum, bonorum uè, quæ ipse maluerit, possessionem capere: modò eam capiat, tabulis publicè à notario confectis.

Ordines pro redditibus, & distributionibus, beneficiorum vacantium aliter distribuendis, quàm Concilium Tridentinum, & Apostolica sanctio mandat abrogantur, contrafacientis uè qualiter puniantur. Cap. XIII.

Vid. sup.
eo. c. 8. &c.
9. ubi an
notatur
loca.

Autoritate Concilij Tridentini, & constitutionis à Pio V. editæ, iam nunc statuta priuilegia, consuetudines, & illas deniq; cuiusuis Ecclesiæ constitutiones rescindimus, planèq; abrogamus, quibus cautum est, vacantium in ea Ecclesia dignitatum, Canonatuum, præbendarum, portionum, beneficiorum, atq; adeo officiorum fructus, uel distributiones etiam quotidianas, quæ inde primo uacationis anno, aut longiori, breuiori uè tempore obuenerint, mensæ Episcopali, uel canonicali, alij uè loco omnes, uel partem aliquam obuenerint, attribui uè, aut in communes usus cedere, aut inter alios canonicos, ministros uè illius, alterius uè Ecclesiæ diuidi. Hæc tanquam rescissa, penitusq; sublata eiusdem Pij Pontificis sanctione, declaramus nullæ esse, nulliusq; planè roboris.

Nec

Nec verò loco eorum fructuum, qui eo nomine vt supra, attribuebantur, ne consensu quidem Capituli ab Episcopo statui liceat, vt deinceps, qui illiusmodi dignitates, canonicatus, beneficiave, qualia sint, consequentur, aliquid, ut minimum soluant, conferantve in usum sacristiæ, aut fabricæ, aut alterius eiusmodi operis. Quod si post Tridentini Concilij editionem id in aliqua Ecclesia huius diœcesis, vel ciuitatis statutum, decretumve ullo modo sit, ne tamen quicquam eo nomine accipi, exigi, aut persolui ullo pacto ratione liceat, quacunque consuetudine, decreto, statuto non obstante, nisi summi Pontificis auctoritate munitum, corroboratumve sit.

Quamobrem nec Episcopus, neque Capitulum, collegium, alijsve Ecclesiastici ordinis homines, quorum interest, istiusmodi fructus, distributionesve ne vllam quidem eorum partem retineant, neve illorum cessionem petant, exigantve, ne aliud quicquam, ne eo quidem nomine quod prædicia meliora reddita sint. Neque etiam ab ijs, qui illa beneficia etiam à sede Apostolica obtinuerint iniurandum exigant, ut tale quicquam obseruent; neve illis ipsis, qui non paruerint, moram impedimentumve afferant, quominus illorum possessionem assequantur. Meminerint porro omnes, quicunque contrafecerint, ex illa Pij Quinti sanctione, si Episcopus est, suspensionis, si Capitulum interdicti, si alius quispiam, excommunicationis pœnam statim subire: cuius vinculo tam diu irretitus est, quoad restitutione primùm facta, beneficium relaxationis, absolutionisve à sede Apostolica obtinuerint.

CAP. XIII.

VBI verò sex ante Tridentini Concilij editionem mensibus, fabricæ, aut sacristiæ, alteriusve p̄ loci usibus, distributiones eiusmodi, & fructus concessi reperiuntur, eorum pars tantum dimidia eidem, uel sacristiæ, uel fabricæ, uel pio loco attribuatur: reliquam autem partem omnem ad illius pontificiæ sanctionis præscriptum ij capiant, quorum beneficia sunt.

DE IVDÆIS. Tit. XIII.

Quæ de Iudæis disposita, erunt seruanda.

Cap. I.

In hac ciuitate, & diœcesi Iudæi non sunt, si tamen aliquo tempore permisso principis domicilium habuerint Episcopus curet, ut de ijs tradita in nostris Concilijs prouincialibus, præsertim Quinto in primo titulo omnino seruentur; Nam Illustrissimus Dominus meus, vt solet in omnibus etiam de Iudæis, piè, & luculenter tractauit.

Quæ

Quæ circa neophytis curanda, quæve ab eis præstanda, & cauenda
erunt. Cap. II.

DE Iudæis, nuper baptizatis, in Concilio prouinciali primo, aliqua con-
stitutæ fuerunt, quibus hæc de illis ipsis, & de alijs etiam Neophytis

adiungenda decernimus. Episcopus igitur cum fieri possit, ut Deo volente, eorum multi è tenebris
ad fidei lumen accedant, illud aliqua ratione curet, ut certa domus, locus ve-
pius, si commodè potest, eo potissimum nomine, constituatur, ubi illi nuper
baptizati neophytive alantur, ad vitæq; Christianæ usum instituantur. At
verò si id fieri nullo modo potest; eos, si quos in vrbe, diocesi ve habuerit,
certæ alterius loci pijs congregationi in curam tradat, aut aliquem certum
sacerdotem spectatâ probitate virum, spiritualisq; vitæ studiosum deligat,
qui illorum vitam instituat, ac moderetur.

Quo in genere, eius, qui ab ipso Episcopo delectus, eorum curæ quouis mo-
do præerit, studio hæc ratio quemadmodum infra ineatur.

Et non solum diebus festis, ut iam cautum est, sed in ferijs etiam singu-
lis, & Missæ sacrificio intersint; Et conciones præterea, sacras lectiones, sup-
plicationes, officiaq; diuina, & speras præsertim festis diebus obeant; chari-
tatisq; Christianæ opera præstent, agrorum publicas hospitalis domos præ-
cipue visitando.

Ut singulis diebus bis mane, & uesperis, certa breui temporis spatio san-
ctè orent.

Ut cum signum salutationis Angelicæ ter datur, genua flectant, & at-
tente precentur.

Ut stationes, Ecclesiasq; indulgentiarum frequentent.

Ut octauo quoque die peccata confiteantur, & decimo quinto quoque die
rursus confessi, sacram Communionem sumant.

Ut quo die sumunt, in sancta Oratione, sanctisq; exercitationibus, & cha-
ritatis operibus illum totum consumant.

Ut feria sexta, & Sabbato, qui per ætatem, & ualitudinè possunt ieiunent.

Ut sacra anni tempora, ut potè Aduentus Quadragesima, & aliæ flæta
anniuersariæ celebritates, cum appropinquant, ad eorum, earumve mysteria
instituantur, quo sanctioris vitæ disciplina, & operibus Christiana pietate
dignis, sacrorum eorum temporum dierumve cursum religiosius consiciant.

Abstineant à lautioris, & delicatioris uitæ usu, longèq; diligentius ab im-
proborum hominum consuetudine.

Aliquam quoque cautionem adhibere curet Episcopus, ut hi homines,
cum matrimonium ineunt, non inter se contrahant, sed cum ijs, qui à Christi-
anis antiquam, perpetuamq; originem ducunt.

Ne inter se item multam consuetudinem habeant, ut Pauli III. Pontif.
sanctione cauetur.

Ne ulla in re mosaycæ legis ritus retineant, aut sectentur.

Constit.
ed. sub
die 21.
Martij
1542. in
ter eius
constit.
in Bull.
num. 29.
fol. 415.

DE MAGISTRIS. Tit. XIII.

Ludi magistri à quibus libris se abstineant.

Quoniam literas docebunt, non solum libros Indice sancte sedis Apostolicæ auctoritate edito, nominatim uetitos, pueris non interpretentur, aut ab illis legi patiantur, sed neq; etiam alios, quibus obscena, uel turpia contineantur.

Quapro bonorum morum institutione præstabunt.

Ræcipimus etiam, ut bonis moribus, & salutaribus præceptis eos erudiant, in primisq; in aliqua pia, & Christiana institutione, si Episcopo videbitur, exerceant; ceteraq; omnia officia, quæ Leo X. in Lateranensi Concilio statuit, præstent: in ijs si deliquerint pro delicti genere plectantur.

Libro etiam notandi fidei professionem emittant.

Quicumque literas, & liberales artes, quouis nomine, uel publice, uel priuatim docent, ij quales, quales sint, & reliqui præterea, quibus Tit. III. constitutione, uel supra fidei professionem facere iussum est, trium mensium spatio illud ad formulam ab eodem Pontifice præscriptam, aut iam præstitisse ostendant, aut re ipsa præstent.

Qui uero in postarum illud legendi, interpretandi, docendiq; munus suscepturi sunt, fidei professionem ad idem præscriptum, ante præstent, quam id suscipiant, exerceant re. Hique, & illi omnes libro notentur.

Si professionem à se emissam non docuerit, parochus non patietur sed ad episcopum deferat, qui de illo inquiret.

Parochus uelullo modo patietur, in sua Parochie finibus id, ut supra, munus à quoquâ deinceps suscipi, aut iam nunc susceptum exerceri, si is scripto Episcopi testimonio non ostenderit, se fidei professionem præstitisse: immo uero, si ita testatum non fecerit; ei illo munere interdicit; si non paruerit, ad Episcopum deferat, qui in eum prout iuris est, animaduertat.

Qualiter ante fidei professionem pro illis testificationes habeantur.

Et quoniam ad Christianam pietatem hoc valde interest, ut instituenda pueritia, atque adolescentia munus committatur uiris, non scientia so-

Sess. 9. in Decreto, c. ius i scripto est. Reformatio. curia, & aliorum, in princip. Ton. Coc. V. Vid. sup. de summa Trin. & fide ca. c. 2. vbi cõst. citatur & c. 9.

Hoc pro
bè me-
minit
Concil.
Mogun.
sub Ar-
chiep. Se-
bastiano
an. 1549.
I dec. 96.
De Magi-
stris scho-
larū To.
5. quò lo-
ci dī qđ
in admi-
nistratio-
ne vtriuf-
que rei-
pub. &
ecclesia-
sticę, &
secula-
ris, suc-
cessio a
pueris
depēdet
Vid sup.
de sūm.
Triū. c. 9
vid. Cōc.
Mogun.
in Decr.
supra ci-
tato.

tia solūm, sed fide, ac moribus, vitāq; probatis: eam ob causam, vt à quo fi-
dei professionem Episcopus recepturus est, ante ab eo cūm vitæ suę ratione
perquirat; tum, si quod testimonium fidei, morumq; à probatis uiris habet,
afferri iubeat.

Quod si ea, uel non afferuntur, uel eiusmodi sunt, quibus ipsius Episcopi
conscientiæ, ac iudicio non satisfaciat, id ipsum aliunde Episcopus quærat, ab
ijs præsertim, apud quos ille diu fuerat, hocq; diligentius inuestiget, si vel
ē longinquis, uel heresis nomine suspectis, uel morum corruptela inquinatis
locis illum esse, aut uenire animaduertit.

Etiā de vita, & moribus eorum, ac puerorum institutione, & ne
obscena illis exponant qualiter inquiratur.

Cap. VI.

HOC præterea diligentia adhibeat, ut posteaquam aliquis, fidei pro-
fessione ad præscriptum facta docendi curam susceperit; eius etiā
uitæ, morumq; ratio, & puerorum institutio aliquando obseruetur,
idq; in ijs potissimum ludi magistris, qui certa pacta mercede, in disciplinam
suam traditos pueros domi educant.

Quorum librorum lectione, explicatione uel puerorum, aut adolescentium
animi deprauantur, & mores facile corrumpuntur, quo in genere ij sunt,
qui res obscenas, & turpes continent: eos, ut Indice Tridentino sancitum
est, à ludi magistris prælegi, explicari uel, Episcopus non patiatur: ac planè ue-
tet, ab illis quicquam exponi, quod bonis moribus repugnet, quodq; impietate
inducat, ut Lateranensi Concilio decretum est sub Leone X.

Quæ salutaria, & ea tantum diebus festis adolescentes, à ludi magi-
stris doceri præcipiuntur. Cap. VII

Iubeat Episcopus pueros adolescentes uel à ludi magistris Christiana reli-
gionis præcepta, atque fidei rudimenta doceri, adhibitis ijs solūm libris,
quos Episcopus ipse præscripserit, prout ad illud instituendi munus eos
idoneos esse iudicauerit. Dominicis uero, festis diebus, nullo alio præterea
doctrinæ genere illos instrui liceat, quod omne eo ipso Concilio Lateranensi
præscriptum est.

Ad quæ sacra, & eorum discipuli conueniant magistri curabunt, &
de ijs qualiter uisitandis erunt. Cap. VIII.

Hoc Cō-
cil. La-
ter. loco
superius
memora-
to, cautū
est.

ILLUD etiā eisdem præscribat, ut diebus festis scholæ suæ adolescen-
tes, pueros uel, aut ipsi conducant, aut frequentes illos conuenire iubeant
ad solenne Missæ conuentualis sacrum, ad uerbi Dei conciones, ad
diuina uesperarum officia, ad sacrarum literarum interpretationes, ad doctrin-
æ Christianæ scholas, & ad alia denique uitæ spiritualis studia, atq; exer-
citationes.

Hęc omnia an ab ijs prestentur; Episcopus visitando, aut ipse, aut alius eius nomine insuetudine diligenter, tum maxime, an libros isti apud se habeant, vel ob fidei doctrinam, vel ob morum institutionem damnatos, improbove; tum preterea, an qui in eorum disciplinam traditi sunt honeste educantur.

Qualiter clerici inferiores, à superioribus deligendi, & ab Episcopo quotannis instituendi, & inquirendi.

Cap. IX.

EPISCOPVS sacerdotes aliquot vitę integritate, & scientia probatos in Vrbe deligat, à quibus Clerici inferioris ordinis, sepe conuocati, vitę Ecclesiasticę moribus insituantur. Eos autem ipsos Clericos vniuersos, semel, atque iterum saltem quotannis Episcopus ad se item conuenire iubeat, vt progressionem intelligat, quas quisque eorum ad literarum cognitionem, tum ad vitę spiritualis disciplinam fecerit.

Episcopus quos ad informandum populum, qualiter instruendum adscribat. Cap. X.

EPISCOPVS parochos, & alios prouectiori etate Clericos, qui apti sint; ijs studijs, atque exercitationibus adscribat, vt, & in sacrosancti Euangelij sensibus, ijs potissimum cognoscendis, ac percipiendis versentur, qui ad populum Christiana disciplina, moribusque informandum pertinent; & in comparanda etiam doctrina se exercent, quę in explicandis est conscientię casuum questionibus.

Episcopus qualiter, & quibus clericos etiam sacerdotes ingenij non solertis erudiri curet recognoscat, instruat, ac quę de eis libronotet. Cap. XI.

RELIQUOS enim autem, de quibus aut ob ingrauescentem etatem, aut ob ingenij tarditatem, ob aliamve causam, ad literarum doctrinam capefcendam exigua progressionis spes est, in id saltem incumbere iubeat, vt in Romano, vel alio breuiori probati auctoris Catechismo, pro eorum ingenij captu, instruantur: ijsque si rudiores, iam olim sacerdotio, alicuiusve sacro ordini adscripti sint, in sacrificij Missę mysteriorum, & sacrorum rituum, statarumque ceremoniarum cognitione, & in sanctioribus significationibus, atque in sui ordinis Ecclesiarum functionem disciplina, breui aliqua institutionis ratione erudiantur.

Hanc autem diligentiam, & in vrbe, & in diocesi Episcopus exequatur, tum omni qua poterit ratione, tum aut opera Theologorum, seu magistrorum, qui in Cathedrali, Collegiatisque Ecclesijs sunt, aut adiumento regularium, in monasterijs sacras literas interpretantium, siue hoc ipsum munus bonarum artium disciplinis Clericos erudiendi suscipientium, ali-

qua illis studio suo erogata, attributa ve eleemosyna, vel si opus erit, ab ipsdem etiam Clericis, contributa, aut secularium sacerdotum, quos in sua urbe, dicecesi ve peritiores, probatioresq; habuerit, studio, quorum sacerdotum charitate, ac diligentia clericos imperitiores, aut singulos, aut complures simul, literis, & clericalium virtutum disciplina instituendos commendabit. Diligentia huius fructus, quod vberior existat; is aliquando per annum, doctis adhibitis uiris, illorum singulorum ad studia progressionem, prout expedire existimabit, recognoscat, omni paterna sollicitudine, & diligenti ratione.

Cognoscat etiam aliquando progressum, quem in sacrarum ceremoniarum rituumq; disciplina ydem fecerint; opera adhibita sacerdotum Ecclesiasticarum ceremoniarum usuperitorum, a quibus eos instrui iusserit.

Deinde, vt non solum in literarum studijs, atque exercitationibus, verum etiam in disciplina morum, officijs clerici se studiosius contineat, indiesq; magis ad Clericales uirtutes progrediatur; idem, & inferioris ordinis Clericos, vt supra iussum est, & sacerdotes prater ea, modò uniuersos, modò partem eorum modò certos aliquos singulos, ad se aliquando conuocet: illorumq; uniuscuiusq; uitae rationes Christianarum uirtutum exercitationes, & progressus cognoscat; adhibitis sacerdotibus in uita spirituali, clericaliumq; uirtutum disciplina exercitatis.

Conuocato prater ea saepe per annum, ut aliàs iussum est, ad se Clero, aut ipse, aut sacerdos aliquis, uir doctus, in Ecclesiasticaq; disciplina reusatus, eius nomine ad illum, remotis laicis, sermones, conciones ve habeat de ordinis eorum praestantia, & sanctissimis officijs, de uirtutibus, quibus Clericalis ordinis homines praelucere debent; de uitijs, quibus in populo offensionem praeberere possunt, de omni denique clericali morum disciplina, uirtutumq; perfectione.

Cleri autem sui, & doctrina, & disciplina ratio omnis, quò sibi exploratum sit, singulorum tum sacerdotum, tum inferioris ordinis Clericorum nomina, uita rationem, studia, exercitationes, progressionem, statum omnem denique certo libro notari mandet Episcopus.

Magistrorum probatio, facultasq; triennium non excedat, & nisi qua indagazione prauiam non prorogabitur. Cap. XII.

QUO autem exploratioris uita, disciplinaq; Christiana mores magistrorum praceptorum ve sint; eam Episcopus cautionem adhibeat, vt cum illos moribus probat, huius probationis facultas, literis exarata, ne diutius cuiquam eorum suffragetur, quam per annum, uel biennium, triennium ve ad summum. Quo tempore confecto, cum Episcopus adierint, qui illam proroget, confirmet ve; tunc maxime is de illorum moribus, uita, ac etiam, de docendi, instituendiq; rationibus item diligenter perquirat; si qua eos nec praestare qua debent specialiter quo ad docendam doctrinam christianam, uel in re aliqua offendere animaduertit; facultatem

ne pro-

ne proroget, neve confirmet, anteaquam illorum, uel negligentiam, uel aliã culpam, emendatam cernat.

Prophana etiam pijs interpositionibus qualiter exponantur.

Cap. XIII.

SI quæ prophana magistri aliquando exponant, omnia ad rectam disciplinam, egregiamq; morum indolem placidius interpretationibus traducere studeant; quod faciliè assumentur, si quid perpetuò in suis explanationibus interponent, quod ad institutionem Christianæ pietatis studijs dignam pertineat.

Cum incipitur, uel absoluitur ludus pueri qualiter orent.

Cap. XIII.

Quotidianas ludi exercitationes, ac studia inchoent, & concludant itè pia aliqua oratione, & prece, quæ anteaquam absoluitur, pueri è ludo sine vrgenti causa ne missi fiant.

Proinde in gymnasio, loco decenti, & perspicuo tabella alicuius sacræ imaginis appendatur, ad quam diebus singulis discipuli statas preces faciant.

DE HÆRETICIS. Tit. XV.

Sacram Scripturam in obliquos sensus trahentes qualiter puniendi, & de hoc populi admonendi. Cap. I.



NEFARIA est eorum temeritas, qui Sacræ scripturæ uerbis, uel sententijs, ad iocum, assentationem, contumeliam, superstitionem, impietatem, aut ad quosuis profanos sensus abutuntur. Quamobrem Episcopus in eos, qui in hoc genere deliquerint, ex sacrorum Canonum, & Tridentini Concilij decretis grauiter animaduertat.

Et ut detestabilis hæc licentia prorsus tollatur, fidelem populum per conuocatores, parochos confessores de huius peccati grauitate frequenter admonendum curabit.

Vid. D.
Th. 2. 2.
q. 9. ar. 1.
& seq.
Conci.
Trident.
Ses. 4. De
cre. de
edi. & v-
fu sacr.
libr.

Edictum ratione prauitatis hæreticæ contra non deferentes Episcopo, uel inquisitori proponendum. Cap. II.

Episcopus, edicto quotannis publicè proposito, omnes, & singulos suæ diocesis homines, etiam quauis dignitate, gradu, honore ue præditos, moneat, eidemq; in uirtute Sanctæ Obedientiæ, ac pœna excommunicationis latæ sententiæ proposta, id inbeat, ut si eorum quispiam iam scit cuiusuis sectæ hæreticos homines, eorum nomine suspectos, aut infames, aut

uis modo à fide catholica aberrantes, aut qui verba hereticalia protulerint, aut qui hæreticorum libros, scriptave, quæ quouis modo autoritate sedis Apostolicæ prohibita sunt, legunt, vel apud se habent, decem ad summum diebus post edicti promulgationem, si verò in posterum sciet, decem diebus postquam id norit, illos omnes, & singulos, vel ipsi Episcopo, vel hæreticorum prauitatis Inquisitori denunciet.

Axiomata proponenda qualiter prius recognoscenda.

Cap. IIII.

QUAE de quavis scientia problemata, vel axiomata, vel alia quavis eius generis publicè exercendi ingenij causa, aliave ratione proponi solent; curet Episcopus nè in posterum antea proponantur, quàm ab ipso, aut ab ijs quos huic rei præfecerit, cognitum sit, nihil in ijs subesse, quod doctrinæ fidei, & pietati christianæ repugnet.

Qualiter maximè caueatur, nè quando inter catholicos, & hæreticos matrimonia contrahantur.

Cap. IIII.

ILLUD maximè Episcopus interdicit, nè animarum curatores, qui hæreticorum finibus, vel in locis finitimis habitant, vbi vnicuique liberum est publicè, & impunè hæreticorum more viuere, matrimonij, quod inter Parochie sue, & illorum locorum incolas contrahendum est, secundam denunciationem faciant, neque eos matrimonio coniungant, aut denunciationum, quæ de matrimonio celebrando factæ erunt, fidem ac testimonium ad ea ipsa loca, vbi illud ineundum est, mittant: nisi prius eius, qui in locis hæreticorum, aut heresis nomine suspectis habitat, nomen, & cognomen Episcopo denunciarint; ab eoq; impetrarint facultatem, alias denunciations faciendi matrimonijq; celebrandi, vel fidem denunciarionum illuc mittendi, quæ eo nomine factæ sunt; quam facultatem Episcopus ne det, nisi prius de fide Catholica illius hominis cognouerit, qui ea loca incolit: aut nisi item sibi omnino exploratum sit, matrimonium eiusmodi non contrahi cum hæreticis.

Sine qua facultate nemini ad hæreticos proficisci liceat: & ea obtenta, quid vterius ei agendum erit.

Cap. V.

vid. infra. c. 30. & seq.

PROFECTVRVS aliquis ad ea loca, vbi & si catholico etiam more à multis viuatur, impunè tamen, & publicè ab alijs predicatur, aut creditur, quod à Romane Ecclesie doctrina, & fide, alienum est, professionis scriptam facultatem à suo Parocho, vel ab eo, quem Episcopus constituerit, ante impetret, quàm abeat. Quibus facultatis licentis caueatur, & reuersionis tempore, & si diutius illis in locis fuerit, singulis annis testimonium faciat, se Catholico more, & via, & viuere: vt q; id testimonium scri-

pinus

ptum sit ab illius loci, ubi fuerit, Episcopo, aut Parocho, si ibi parochus est, aut à Catholicis uiris, probatis hominibus, illorum locorum incolis. Hocq; is, cui ed proficisci concessum erit, præstet omnino.

Bulla contra lædentes quæ Sanctæ Inquisitionis sunt obseruanda, & quando promulganda. Cap. VI.

Quicumque autem Sanctæ Inquisitionis officium, statum, res, & ministros aliquo modo læserit, uiolarit ue, contra eum, ut Pij Quinti constitutione sancitum est, Episcopus agat ad illius sanctionis prescriptum.

Quam grauissimam sanctionem aliquando cum expedire censuerit, promulgari iubeat.

Quæ ex sacris, & legitimis sanctionibus, indiceque ratione librorum prohibitorum sancita, & obseruanda sunt.

Cap. VII.

Perniciosorum, & falsorum librorum, cum perpetua quodammodo pestis sit, cui remedium semper afferre oporteat, de ijs sæpè; & summorum Pontificum constitutionibus, & sacrorum Canonum iure, cautum est. Postremò autem multa tum Concilij a Lateranensis ultimo decreto, tum nuper Tridentino Concilio, b & Indice utiliter constituta sunt. Quæ ut Episcopi studio à Bibliopoli, Impressoribus, & reliquis item omnibus, quorum interest, diligentius, quam hæctenus factum sit, ubique præstentur; illa ferè omnia, aliaq; nonnulla, eodem spectantia, quæ addenda censuimus, simul complexi, hac constitutione toto eo de genere sic edicimus, propositis eodem Lateranensi, & Tridentino tum Concilio, tum Indice, c & Pij Quarti constitutione de eo indice lata, pænis sancitis, & alijs præterea Episcopi arbitrati.

Prosequutio prædictorum. Cap. VIII.

Vt quicumque artem librariam exercet, ab eo ne patiatur Episcopus libros venales proponi, nisi confecto librorum suorum indice, cui ab se, aut ab eo, à quo eam curam in recognoscendis libris geri is voluerit, & ab Inquiretore etiam subscriptum sit; neque facultate, sibi ab eisdem nõ permissa, vltos alios cuiusuis generis libros ille habeat, aut uendat, aut quauis ratione tradat, illo indice non notatos.

Libri non publico mercium loco expositi, sed aliò in urbem inuecti, ab eo qui inuexerit, uel inuehi iusserit, eisdem denuncientur: nec libri à quouis inuecti, uel in urbem introducti, alijs commodentur, aut quauis alia ratione tradantur, antequam his, qui introduxerit, illis, ad quos recognitio pertinet, indicem integrum eorum ostenderit, ab eisdemq; item facultatem obtinuerit: idq; nisi libri id generis sint, ut eos omnibus permisos esse perspicue constet.

Bulla edita. Calend. Aprilis 1569. inter istius summi Pontifici Const. nu. 83. in Bull. fo. 1046.

a Conc. Late. sub Leo. 10. Sess. 10. in decreto, de imprestione librorum. Incip. Leo. 10. inter sollicitudines. To. 5. b Conc. Trident. Sess. 4. de decret. de edit. & usu sacrorum librorum. ver. sed & impressoribus. c Bulla edita sub die 24. Martij 1564. Incipit Domini Gregorij inter istius summi Pontifici Const. nu. 99. in Bull. fol. 803.

Ne quis opuscula, libros, commentarios, aliave id generis, quovis titulo, & nomine, quæ manu scripta sunt, euulget; nisi ab Episcopo, aut ab alio eius iussu, & ab Inquisitore recognita sint, atque approbata subscriptionibus.

Ne præterea quis librum, scriptumve, cuiusvis generis imprimat, imprimive curet, nisi ab eisdem, Episcopo, & Inquisitore recognitum, & scriptis comprobatum.

Quod recognitionis, & probationis scriptum, libri imprimendi principio, recognitorum manu notatum, principio item libri imprimatur.

Libri exemplum auctoris manu, & nomine notatum, ubi primum impressum est, Episcopo tradatur asseruandum.

Libris impressis, apposito imprimentis nomine, adscribatur item annus, quo impressi sunt.

Libri, quos typis mandari concessum est, in codicem à recognitoribus referantur, notato concessæ facultatis anno, & die, descriptis etiam nominibus eorum, quibus eos imprimendi potestas facta est.

Ne hæredes ultimarumve uoluntatum exequutores, libris, à defunctorelictis, utantur, aut alijs utendos dent, uel uendant, aliave quavis ratione tradant, antequam illos, aut eorum indicem ipsis Episcopo, & Inquisitori attulerint, facultatemque obtinuerint.

De Biblijs autem, vulgariter redditis, & de Testamento nouo, in vulgarem etiam sermonem conuerso, de libris præterea, qui de rebus inter catholicos, & hæreticos controuersis, communi item lingua conscripti sunt, ea diligens cautio adhibeatur, ut illorum usus ijs tantum concedatur, quibus Episcopus, aut Inquisitor de consilio Parochi, aut Confessarij permittendum iudicarit.

Prosequutio prædictorum. Cap. IX.

CAueat Episcopus, nè libri illi paruuli, quibus preces variæ continentur, falsis superstitiosisque titulis aspersi, habeantur, aut uendantur.

Adhibeat idem aliquando aliquot suæ Ciuitatis peritissimos homines, quorum opera, & studio accuratè cognoscat, si qui pestiferi libri sunt, Romano Indice non notati, quorum usu, & lectione interdendum sit, eiusdem Indicis auctoritate; quos libros, si id generis cognouerit; nè in urbem, aut in diocesim suam illi inuebantur, caueat quàm diligentissimè: eorumque nomina cum ad Sacræ Romanæ Inquisitionis Patres deferenda curet; tum alijs Promittentiæ Episcopis significet; quò diligentius pesti obstruatur aditus.

Prosequutio prædictorum. Parochus autem quando, & qualiter libros uisitet, & referat. Cap. X.

QUI per urbes præterea, rivos, oppida, aliave loca, libros uenales circumferunt; eorum etiam indicem habeant, cui ab Episcopo, & ab Inquisitore, aut ab alijs, quibus librorum recognitio, ab illis delegata est, subscriptum sit.

Hos Parochus, in cuius Parochiæ finibus illi uenales libros exponunt, circumferunt ve, de improviso aliquando uisitet. Ac si aut illorum Indicem non habere, aut alios præterea, eo indice non descriptos, uendere, habere ve comperit; tum eos Episcopo, aut Inquisitori denunciaret: tum libros omnes sequestri nomine retineat, donec aliter ab eo, cui denunciarit, iussum erit. Si libros indice damnatos, improbatos ve, apud eos depræhenderit; illos etiam comprehendendi, aut sponsione saltem facta sibi ab illis cauere curet, ut ad certum diem sistant, in iudicio Episcopi, aut Inquisitoris.

Parochi, & confessarij, qualiter superstitiones inuestigare, denunciare, & abollere studeant. Cap. XI.

Quantum in religione stabilienda, atque augenda laboris ponendum est, tantum in superstitione, ^a ex hominum mentibus euellenda, cura, ac diligentia est impendendum. Quare Parochi diligenter ei rei inuigilent, ^b ac si quod superstitionum genus in suæ Parochiæ hominibus animaduertant; id semper, ante proximam Synodum, tempore, quod Episcopus præstituerit, ad illum in scriptis deferant; ut ei malo occurri opportunè possit.

Confessarij quoque diligentes in eo genere se præsent, inuestigentq; num penitentes aliquod remedium ualetudini, aut uulneribus adhibeant; quod nõ à medica arte, & cognitione, sed à superstitione profiscatur; tum præterea, num tempora, aut loca, aut quid eiusmodi, superstitiosa opinione obseruent: & quos ea in re peccare nouerint, grauiter obiurgent; & ab eiusmodi uano sensu, atq; errore deterere, & auertere conentur.

Si qui milites hæretici intra catholicos aduenerint, quæ Episcopo, & parochi agenda erunt. Cap. XII.

Huius Præuincie Rex Serenissimus, & Catholicissimus, & magistratus pro fidei catholice tuendæ officio, proq; pietatis suæ studio sperandum est, id nunquam permissuros esse, ut in has regiones, eorum ditioni subiectas, ne ad diuersandum quidem itineris gratia, milites à Catholice Romanæ Ecclesie fide dissidentes, ueniant, cum certum, atque planè exploratum sit, nulla aliare Deum grauius offendi, nullaq; ad uehementiorem iram, quàm hæresum labe prouocari; nihilq; rursus ad prouinciarum, regnorumq; interitum maiores uires habere, quàm teterrimam illam pestem. Verùm si quando acciderit, quod Deus prohibeat, in eam curam toto animo, omniq; studij pastoralis contentione Episcopus incumbat, atque adeo elaboret omni ope, ut ne eius morbi contagione oues Christi sanguine redemptæ, suæq; fidei commissæ ullo morbo inficiantur.

Itaq; ad diæcesis suæ loca, ubi pestiferos illos homines diuersari contigerit, se in primis ipse conferat; populum fidelem etiam atque etiam diligenter

a Supp
tio, vera
pietatis
falsâ imi
tatrix di
citur in
Cõc. Tri
dent. ses.
22. in de
cre. d ob
fer. in ce
lebr. mis
sæ, inter
initia.
b Quæ
ad super
stitionē
pertinet
omnino
tollenda
statuit d.
Cõc. Tri
dent. sess.
25. in
princ. de
cret. de
purgato
rio.

moneat, ut ne eorum mores usquam attendat; ne verbis mentem, aurebus adhibeat; ne cum eisdem ullo modo uersetur; ne carnis licentiam, & liberam, & falsam uiuendi securitatem, exemplo illorum consequatur; sed in orthodoxa fide, & charitate Christi Domini cum timore, & tremore perseverans, in Sanctæ Romanæ Catholicæ Ecclesiæ unitate, & obedientiæ studio, in catholicæq; pietatis officijs se se contineat.

Parochis verò leges præterea præscribat, quas in tanto discrimine omnino sequantur.

Atque in ijs quidem hæc sint.

Nè eos mortuos sacris locis in sepulturam tradant.

Ut animaduertant præterea, si fieri potest, non modò singulis horis, sed singulis etiam momentis, quid ab illis agatur, quid cogitetur, quid struatur in ijs, quæ ad fidem pertinent, longè prospiciant Satanæ insidias, & conatum omnem, quantum in se est, sedulo reprimant.

Ut uideant, ne quicquam, uel minimum, unde labes aliqua existere possit, sensim latius dimanet quam obrem de quotidiano huius rei statu Episcopum certiores faciant quàm diligentissime.

Nec verò, ea omni diligentia contentus Episcopus, desistat alia subsidia ad tuendum gregem comparare. Proinde cum alios religiosos prudentesq; uiros ad rem omnem inquirendam mittat: tum acres etiam, piosq; concionatores ad causam communem adiuuandam.

Auxilium, à quibus pro periculis ab Episcopo implorandum, contra eos qui hæreticis in quibusdam ministrauerint qualiter procedendum, & orandum. Cap. XIII.

A Magistratibus etiam, & Regis locumtenente, in re, quæ non religioni solùm, sed uniuerso prouinciæ statui periculum certissimum asserere potest, omnem opem, atq; auxilium imploret, ut expedire censuerit.

Excommunicationis verò pœnam, præter alias, quæ summorum Pontificum, Canonum uel sanctionibus expressæ sunt, ipso factò subeundam proponat, atq; edicat ijs, qui istiusmodi impijs hominibus cibos vetitos uendiderint, alio uel modo subministrauerint, quibus diebus minimè liceat illis uesci. Agat uerò contra illos, qui non paruerint, ad iuris, edictiq; promulgati præscriptum. Omnem deniq; aliam rationem, quæ potissima sibi uidebitur, opportunè ineat ad eam pestem propulsandam. Et uerò id, quod caput est, in tanto salutis periculo, assiduis precibus, omniq; supplicatione ad Deum confugiat, ut gregem, sibi in curam traditum, ab omni hæresum scditate integrum, inuiolatumq; custodiat, & conseruet perpetuò.

Congregatio pro Sancta Inquisitione qualiter habenda.

Cap. XIIII.

E piscopus unà cum Inquirente congregationem, quæ certo numero consistet, Theologorum, & iurisperitorum hominum institutum con-

seruet;

c. sicut.
ext. eo.
tit.

seruet; qui ad causarum Sanctæ Inquisitionis consultationem adhibeantur.
 Ea porrò congregatio, ut opus erit, conuocetur, semelq; in singulos menses, atque adeo crebrius cum occasio tulerit.

Nec Verò quicquam aliud in ea agatur, geraturve, nisi quod ad eiusdem Sanctæ Inquisitionis officium pertinet.

Quod silentium ipsis de congregatione indicitur.

Cap. X V.

ET quoniam sepe contingit, causarum Inquisitionis acta, processusve, de quibus deliberandum est, ijs patefieri, explicari, atque communicari oportere, quorum consilio, vel damnationis, vel absolutionis sententia ferenda est, quo & accusatorum, denunciantium, testiumq; periculis efficacius occurratur; & in ijs ipsis Inquisitionis actis, causisq; cautius agatur, id propterea omnibus singulisq; consultoribus, & ceteris item, qui in ea congregatione adscribentur, admittenturve, Episcopus, ut Bonifacij Octauæ constitutione cautum est, secretum, reiicentiamve indicat.

e. ult. incipit statuta. eod. tit. in 6.

Quod iuramentum ipsi de congregatione præstabunt.

Cap. X V. I.

ATque ij ipsi porrò statim certa præscripta forma iurati, eidem Episcopo sanctè spondeant, se neque Verbis, neque literis, nec nutu, neque alia cuiuscunque generis significatione, vllove modo cuiquam patefacturos, aut euulgaturos esse, congregationis, in quam admittuntur, adscribenturve, arcana, nec uerò alia quæcunque sint, quæ ullis Inquisitionis, uel causis, uel hominibus, uel ipsi congregationi officiove præiudicium afferre aliquo modo possint.

Contra indictum secretum sine licentia venientia lata sententia excommunicationis proponenda. Cap. XVII.

EPiscopus penam excommunicationis latæ sententiæ proponat, atque edicat etiam in congregatione ipsa ex ea Bonifacij constitutione in omnes, & singulos, qui contra indictum secretum, aut iniurandum, quicquam patefecerint sine licentia eiusdem Episcopi.

Iuramentum etiam à Notarijs, quod præstandum, contrauenientesseque qualiter puniantur. Cap. XVIII.

AT præterea Notarij Sancti officij hoc iurent, quod nec causarum acta, nec testium nomina, neque testificationes, aliudve quicquam eius generis patefaciant, aut euulgabunt, antea quàm iudex patefecerit, euulgaritve, aut euulgari iusserit.

De sententijs itidem eorum, qui consultores adhibentur, consultationibus, deliberationibus, actionibusq; congregationis huius id ipsum præstabunt omnino; ac de suo officio in omnibus fideliter exercendo, si quis eorum

quic-

quicquam contra vlllo pacto fecerit, excommunicationem lata sententiæ ipse subeat; ac præterea alijs pœnis pro modo culpæ arbitrio Episcopi plebatur.

Iuramentum, à custodibus carceris, & alijs ministris præstandum.

Cap. X I X.

Custodes etiam carceris, priusquam suum exerceant officium, iusiurandi ad præscriptam formam in Concilio Viennensi præstent, idemq; etiam alijs ministri, ad id officium exequendum necessarii.

Quæcunque acta, & scripturæ Sanctæ Inquisitionis non typis, sed manu scripta habeantur. Cap. X X.

NE Inquisitionis causarum acta, breuiter summamq; descripta, que summaria processuum dicunt, nec verò actorum relationes, nec facti narratio, neque alia quæcunq; tam iuris, quàm facti itidem explicatio, instructiove cuiusvis generis ad eas causas pertinens, nec denique vllæ scripturæ eiusmodi, quæ vel pro reo, vel contra eum conficiuntur, ullo unquam modo in posterum typis edantur, imprimanturve, sed quæcunq; acta sint, quæ eas causas attingant, manu scripta, ijs solùm, vel iudicibus, vel consultoribus, alijsve ministris dentur, quibus dari oportet.

Qui reorum patrocinatores in officio Sanctæ Inquisitionis admittantur. Cap. X X I.

IN causis fidei Episcopus, iudexve, cum aduocatus procuratorve reo dandus est, eum det, qui probus sit, de legalitate non suspectus, & procurator quidem utriusque iuris peritus, uterque verò fidei zelator, quiq; hæresis nomine, neque alio crimine, cuius cognitio ad Sanctum officium spectat, nunquam neque suspectus, neque accusatus, neque ea infamia notatus fuerit.

Patrocinato res prædicti qualiter prius iurabunt: quæve præstabit, & cauebunt. Cap. X X I I.

Patrocinijs autem in ijs causis suscipiendi facultas cum datur literis exarata detur, nec verò aliter quisquam suscipiat.

Cui porro datur, is antequam patrocinium suscipiat, iuret, se bene, ac fideliter defensurum, legitimisq; defensionibus vsurum esse, nec dilationibus captiosis, cauillationibusq; causam prorogaturum.

Vbi verò patrocinium susceperit, sciat suas partes esse, admonere reum, ut veritatem confiteatur, pœnitentiãq; petat pro culpa, si quam habet; eiusq; responsionem curiæ notificare.

Meminerit verò Aduocatus, & Procurator, item nullum unquam patrocinium, neque hæreticis, nec suspectis, neque credentibus, neq; fautoribus præstandum esse, ne prout Innocentijs Tertij sanctio est, ab officio suspensus, perpetua infamia subiaceat.

Itaq; vbi primùm ex causarum actis, aliave vlla ratione animaduernerit,

reum,

In c. si ad
uers. co.
tit. in de
cretal.

reum, qui delatus est, hæreticum esse, aut eo nomine suspectum, id cum ipsi reo, iudiciq; denunciaret, tam statim illius defensionem deserat. Nec verò si quid erit, quod ad Sanctum officium pertinens, in eiusdem causa reticere oportet, cuiquam patefaciat, quod eidem officio præiudicium ferat.

Librorum prohibitorum iudex pœnes quos habendus.

Cap. XXIII.

Librorum prohibitorum indicem, omnes, singuliq; apud se habere curent, siue Theologi, siue iurisperiti, siue medici, siue aliarum literarum professores, disciplinarumq; studiosi, et alij item quicumque librorum numerosam suppellestem possident. Si quis verò eorum, qualis sit, cum non habuerit, tantum absit, ut excusationi legitime locus relinquatur, quod nescierit, illos id generis esse, ut contra eum pro librorum, quos vetitos retinuerit, ratione seuerius agatur, ad præscriptum regulæ eiusdem indicis.

Libri priusquam venales proponantur quando recognoscendi.

Cap. XXIII.

Vt fraudi occurratur, quæ plerunque in opere impressorio fit, ea præter ceteras cautio adhibeatur, ut liber, ubi primùm impressus est, per recognitionis præfectos ante conferatur quàm venalis officinis, tabernisve librarijs proponatur.

Imagines obscenæ in maiusculis literis ne imprimantur.

Cap. XXV.

Ne literas grandiusculas, quas initio uel librorum, uel capitum imprimi moris est, aliquam obscenæ turpisq; imaginis speciem exprimentes, ad librorum impressionem adhibeant, qui artem impressoriam quouis modo faciunt; cum eiusmodi sint, quæ hominum mentes aliquando sædè, turpiterq; afficiant, & bonos itidem offendant, ut obscenè scripta.

In libris Ecclesiasticis, nedum obscenæ, sed nec prophana vsupra imprimantur. Cap. XXVI.

Ad libros uerò, qui de rebus Ecclesiasticis, aut spiritualibus conscripti sunt, imprimendos, ne characteribus grandioribus utantur, in quibus expressa appareat alicuius rei prophanæ, nedum turpis, obscenæve species.

Ne de fidei dogmatibus, sed alijs ad se tantùm spectantibus laici confratres sermocinentur Episcopus videat.

Cap. XXVII.

Laici confratres cuiuscunque confratriæ, de fidei dogmatibus ne disceptationes, colloquia sermonesve habeant. Videat præterea Episcopus diligenter, ut in oratorijs suis colloquutiones de ijs tantùm rebus instituant, quarum tractatio, & collocutio, laicalis ordinis hominibus conueniat.

Vid. c. cū
ex in iun
cto. ex
cod.

Vulgari sermone conscripta in scholis sine licentia non legantur.
Cap. X X V I I I.

NE quicquam, quod vulgari sermone conscriptum sit in vlla cuiusvis generis confratria, scholare legi, recitariue liceat, nisi primùm ab Episcopo, vel ab eo, cui ille mandarit, recognitum sit, & subscriptione comprobatum.

Si quando aliqui hæretici aduenerint, quid seruandum. Neminemq; inter eos quando non mittendum. Cap. XXIX.

OPtandum est, omniq; pastorali studio, atque officio id valde curandum, vt quem hæresis labe infectum esse constet, nemini vnquam quicumque sit, impunè permittatur ex hæreticorum, eorum nomine suspectorum finibus, ac religionibus finitimis ad diæcesim huius loca uenire: verùm si quandoque aliter accidit, vbi ipsi capi non possint, vel ei rei alia ratione occurrì non possit, hæc saltem caueantur atque planè seruentur ex iussione Gregorij XIII.

Ne cuiquam, quem ex ijs locis proficiscentem hæreticum esse, certum sit, hospitum, diuersoriumve præberi liceat, præterquam in caupona publica, vel in domicilio sui procuratoris, si quem fortasse ipse habet.

Is Verò, qui præbuerit illius aduentum, habitationemq; Episcopo, Inquisitorive, aut Parocho, si in diæcesim uenerit confestim denunciet.

At Ecclesiasticus homo quicumque sit, ne eum ullo modo excipiat.

Neque rursus, illum in Ecclesiam ingredi permissum sit, nisi sacra concionis tempore.

Nemini ad hæreticorum fines, locave, ne discendæ etiam mercaturæ causa, mittere filios liceat, qui annum saltem vigesimum quintum non agant.

Quibus, & qualiter, vt inter hæreticos degant licentia detur, at verò ijs quid seruandum erit. Cap. X X X.

Sup. co.
cap. 5.

NE cuiquam item, ut iam cautum est, ad hæreticorum loca proficisci, liceat, nisi primùm ab Episcopo, aut Inquisitore, eius rei facultatem impetrarit.

Atque hæc quidem facultas, ne cuiquam permittatur, deturve, nisi à Parocho testimonium scriptum attulerit, se more catholico uixisse, sanctaq; Sacramenta frequentasse; hac præterea adiecta conditione, ut si cui facultas permittitur diutius illic commorandi is quotannis semel saltem inde redeat, ut & confiteatur, & Sanctissimam Eucharistiam sumat; aut testimonij literas mittat, quibus legitime testatum fiat, se confessum constituto tempore Sacram Eucharistiam sumpsisse, catholicæq; fidei congruenter vixisse.

Vt

Vt ad vicinos hæreticos proficiscatur, qualiter Parochus licentiam dare poterit, & quid propterea exiget.

Cap. XXXI.

Qui verò propè hæreticorum loca habitant, ijs à Parocho eam facultatem dari licebit, ad breue sanè tempus: ita tamen, ut, cum is exiguum illud breuis moræ spatium certum proficiscenti præscribat, tum illam præterea conditionem, ne die festo illic opus faciat, nec verò mercaturam vllomodo exerceat, aliave agat, quæ sacro festo die agi, fieri, exerceri ve prohibitum est. Immo festo eo saltem die domum omnino redeat, & Missæ, Vesperis, doctrinæq; christianæ scholis intersit.

Cum pretio bonorum suorum, inter hæreticos contracturi domicilium, qualiter non ferendi, sed puniendi.

Cap. XXXII.

Nec verò cuiquam fas sit, patrimonium, bonaq; sua vendere, alienare, ve, ut in hæreticorum loca migret, ibiq; domicilium constituat.

Si quis in huius rei suspicionem venerit, contra eum agatur ad Canonum, Pontificarumq; sanctionum præscriptum.

Quando professionem fidei Bibliopolæ, & impressores emittant, ac imprimere caueant. Cap. XXXIII.

Bibliopolæ, quiq; impressoriam faciunt, ne quam aggredi volunt, artem prius exercent, quam iurati fidei professionem Episcopo conceptis formulæ statutæ Pontificiæ verbis, præstiterint.

Ne liber vel exiguus quamvis superiorum concessu, aliàs sepe editus, sine facultate iterum impetrata typis in vulgus emittatur, imprimatur ve.

Quando libri, sub alieno nomine, edi nequeant.

Cap. XXXIII.

Moris olim fuit, vitandæ gloriæ ostentationisve causa, libros aliquando alterius nomine, etiam assimulato, euulgari: sed quoniam hæc tempora, quibus impressoria editio aditus esse potest, ad nefaria quæque profeminanda, diligentiorē cautionem requirunt; interdictum esse volumus mentito fictove alterius auctoris nomine, libros, volumina, literas, scriptave, cuiusvis generis argumentive de quibus in Indice, seu Concilio Tridentino cauetur euulgari, edi, typisve imprimi, nisi consensu illius cuius nomine edentur, ac Episcopi permissu.

Alioquin in delinquentem animadvertatur pro gravitate criminis, arbitrio eiusdem Episcopi.

DE CINGARIS Tit. XVI.

Cingari qualiter inquirendi, & vt catholicè, & christianè viuant
compellendi. Cap. I.



PISCOPVS in cuius diecesi cingaros morari aut uagari con-
tigerit, diligenter inquireat, an, vt Christianos decet, in om-
ni uita se gerant, anq; Sanctę Ecclesię institutis, & præce-
ptis pareant.

Rursus, an quicquam contra agant, quod schismatico-
rum morem, usumq; præferat.

An Quadragesimę tempore, ieiunięq; diebus carne, & cibis uetitis ue-
scantur; an nouis ritibus utantur. Quod si contra Ecclesię instituta, ritusque
ab illis aliquid agi, geri, fieri ue compertum erit, quodq; præsertim eiusmodi
sit, quamobrem hæresis nomine suspecti esse possint, in eos Episcopus graui-
ter agat, & animaduerat, etiam pro culpa ratione ad Sacrorum Canonum
Pontificiarumq; sanctionum præscriptum.

Si uero eos vlllo alio modo publicè offendere cognitum erit, ab Ecclesiã,
diuinorum officiorum tempore eijci iubeat, quoad emendatę uirę explorata
testimonia, & exempla uiderit.

DE TORNEAMENTIS.

Tit. XVII.

Quadragesimę temporibus, ne simulachra incendantur aliaq; similia
etiam à pueris proposita pœna ne fiant. Parochisq; pro
his quid agendum erit. Cap. I.



PRAUE est, nec propterea ferendum, ut quibus diebus Sancta Ec-
clesia ad ieiunium, ad penitentiam, ad omneq; pietatis officium
animos fidelium excitare, & accendere studet, in ijs maxime
seculi homines operibus sathanicis operam nauent.

Quare corruptelam illam, quam in nonnullis locis, depraua-
to usu adhuc retineri accepimus, ut primis illis sacri quadragesimalis tempo-
ris diebus latorum hominum efficta simulachra incendantur, inanes nu-
ptiæ fingantur, conuersationes nocturnæ, tumultusq; fiant, radibus euellere,
cum maximè cupiamus, hoc decreto uetitum, interdictumq; sit, vt ne quid ta-
le in posterum, neque quicquam aliud eius generis religioso illo tempore uis-
quam fiat, agatur, committatur ue: nec uerò agi, fieri, admittive permitta-
tur; pœna ijs omnibus, & singulis, qui contrafecerint, interdicti proposita,
etiam si à pueris solùm, qui tamen doli capaces sint, committi solet, primò in
eam

eam curam ipse incumbat omni studio, ut ne offensiones hæc peccataq; id generis fiant. Deinde verò, si occurrere nullo modo poterit; rem omnem in tempore, si in urbe est, ad Episcopum, si in diœcesi ad Vicarium Foraneum deferat, quo vel alijs rationibus, vel grauiori pœna eiusdem Episcopi arbitrio ijs morum erroribus consultum, ac prouisum sit omnino.

DE ADULTERIIIS STUPRIS, & Lenocinijs. Tit. XVIII.

Meretrices in cauponis qualiter non habendæ, transgressoresque puniendi. Cap. I.



PROSTITVTAS feminas, meretricesve in cauponis, diuersorij, ganeisve ad quæstum alere, cum id & graui Dei offensione, & magno animarum detrimento, & disciplina christiana iniuria fiat, hoc decreto prohibendum censuimus. Quare ne quisquam Vel caupo, vel tabernarius, vel qui cœnaculariam facit, illas in ipsis cauponis, ac diuersorij habeat, alatve ad turpem quæstum.

Qui contrafecerit post huius decreti promulgationem in eius parochiali Ecclesia factam, tanquam is, qui in statu damnationis notoriè versatur; præmissa monitione, interditi pœna afficiatur, & alijs præterea etiam grauioribus arbitrata Episcopi.

Qualiter Episcopus contra concubinarios procedere, & eos punire debeat. Cap. I I.

GRAUE concubinitus crimen est, proptereaq; quàm ingens in eo funditus conuellendo sollicitudo, & quàm longè omnium diligentissima cura Episcopi esse debeat, cum Canonum leges, sacriq; œcumenici Concilii Tridentini decreta iubent, tum verò Pij Quinti Pontificis Maximi Apostolica sanctio iam pridem edita perspicuè ostendit.

Qua sanctione sanctæ obedientiæ virtute illud iussum est, vt quæ contra concubinarios eiusdem Concilij Tridentini decretis constituta sunt, in ijs ipsis omnino, inuiolatèq; exequendis, Episcopus in sua diœcesi diligenter, sanctèq; inuigilet: Deo Romanoq; Pontifici rationem redditurus, si in eo turpi crimine radicatus extirpando negligenter, aut remissè se gesserit. Quamobrè Episcopus nemine etiam postulante, aut accusante, ex officio sine strepitu, & forma iudicij, solaq; facti ueritate inspecta, contra istiusmodi concubinarios, cuiuscunque status, ordinis, dignitatèq; illi sint, seuerè agat: proindeq; pœnis sacrorum Canonum iure summorum Pontificum constitutionibus, Concilio- rumq; auctoritate sancitis, & alijs præterea etiam pecuniarijs, arbitrio suo, grauius puniat. Quos autem ter admonitos in contumacia persistere animaduertent, eos non solùm alijs pœnis, sed excommunicatione etiam ex eodem decreto Tridentino afficiat.

Concil.
Trident.
Sess. 24.
c. 8. de re
for. mat.
& Sessio.
25. ca. de
reso. 14.
Bulla e-
dita. Ca-
lè. Apri.
1566. ver-
si. Monæ-
mus pte
reai Bul.
nu. 5. in-
ter illius
constit.
fol. 924.

Luxuriandi quæcunque occasiones, & præcipuè ex simul cubatione,
& nocturnis rusticorum excubijs qualiter ab Episcopo,
& parochio tollendæ. Cap. III.

Pastoribus non solum pericula propellenda sunt, sed etiam omnis periculosa peccandi occasio pro pastoralis officij munere eripienda est. Quamobrem, cum quæ facile existere possent fornicationes, incestus, & flagitia, vniuersaq; carnis vitia re alia planè nulla facilius quàm fuga, adintrace in primis diuina gratia superatur: Parochus, vt diligentissimè poterit, & Episcopus imprimis, tum auctoritate sua, tum etiam si opus erit secularis magistratus ope implorata, id maximopere curet, ut ne cum femina, quocumque vel ætatis propinquitatis gradu coniuncta mas simul cubet, etiam si ambo puerili ætate sunt, ita tamen grandiusculi, vt aliqua inde suspicio periculum occasione impuri flagitij committendi existere possit. Nec Verò paupertatis, angustæ habitacionis, excusationi locus faciliè relinquatur, quominus istiusmodi impuritatum occasio omnis præcidatur; cum humi potius atque adeo sub dio iacere satius esset. Parochi autem tota hac de re iudicium, officiumve intercedat, qui & consilium det, & opem præsentem, ut accuratissimè potest, tante impuritatis periculo præstet.

Eam ipsam curam Episcopus, & Parochus ponant, in eripiendis morum corruptelis, flagitijs, peccatis, peccandiue occasionibus, quæ grauissima cum Dei offensione existunt ex nocturnis illis excubijs, quæ rusticorum concursu, iuuenili turpium verborum licentia, & promiscua marium faminarumq; turba, hyeme in stabulis passim fieri solent.

DE VSVRIS. Tit. XIX.

Delectus plurimorum ordinum contra vsurarios, vel aliàs prohibitos contractus vt delinquentibus pœna innotescat.

Cap. I.

Vsuram ad perniciem populorum latius manantem pro nostri generis cura reprimere cupientes, quemadmodum huius generis delicta ex sacrorum Canonum, & probatorum Patrum sententijs delegimus; quæ quoniam frequentius in hac diœcesi committi animaduertimus, ea præcipuè, ac nominatim prohibenda duximus, eo consilio, vt si quis in alijs etiam eiusdem generis vitis contractibus deliquerit, pœnas à iure constitutas, sibi subeundas esse intelligat.

Vltra sortem rerum cuiusuis etiam dotalium, quando nihil accipi, vel sperari possit. Cap. II.

Ex mutuo, vel depositis, etiam apud Iudeos factis, nihil præter sortem à quouis homine percipi ex conuento, vel principaliter sperari possit, si-

meti

met si pecuniæ ipsæ sint pupillorum aut viduarum, aut locorum piorum, vel etiam dotales, nisi quatenus id iure nominatim permittatur. Si quis oblatas re ipsa, loco, & tempore pecunias etiam dotales, sibi debitas accipere recusauerit; nihil præter sortem, etiam ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, vel ex quacunque alia causa accipere possit.

Quæ cambia, alijque contractus prohibiti sint, & ideo qualiter nulli, ac contrahentes, & participes puniendi.

Cap. III.

NE fiant cambia, cum literæ ad destinatum locum verè non mittuntur, & ibi non fit solutio, sed uno & eodem loco pecunia datur, & recipitur, vel quando dantur, & accipiuntur pecuniæ cum eo pacto, ut habeatur recursus ad domum, vel ad respondentem dantis, aut accipientis, quod pactum vulgo vocatur la ricorsa: atque ita impensæ, aut alterius rei onus imponitur.

Ne cui liceat cum altero ita contrahere, ut is totam pecuniæ summam ei, qui dederit, soluat; cum ille partim pecuniæ dederit, partim nominibus quæ difficile exigi possint, vel in rebus pluris, quàm valeant, æstimatis.

Ne cui, præsentem pecuniæ quærenti, quidquam carius vendatur, ut statim à venditore per se, vel per interpositam personam vilis ematur.

Ne quis rem aliquam, ob dilatam solutionem, carius vendat iusto pretio.

Ne ob anticipatam solutionem res minoris ematur iusto pretio, vel solvatur minus, quàm debeat.

Ne res vendatur, dilata in tempus solutione, ita, ut pretium, quod interim rei accreuerit, venditori solvatur, si eiusdem periculo non fit diminutio.

Ne res modico pretio pignori detur, vel vendatur pacto redimendi intra certum tempus; ut si ad dictum tempus res redempta non sit, res libera sit emptoris, vel eius qui pignora accepit.

Ne frumentum, vinum, oleum, aliud ve detur, ut eo quod datum est, aliquid amplius exigatur, siue eiusdem generis, siue alterius, quomodocunque etiam si operæ sint.

Ne quis mutuo det frumentum, vel id genus aliud corruptum, ut tantundem integri cariioris reddatur; etiam si restitutio differatur in quocunque tempus debitori commodum.

Ne in societate, in quam alter pecuniæ confert, alter operas, lucri distributio constituatur, nisi per quotas partes.

Nec ultra eas, certa pecuniarum summa, vel quid aliud, conferenti pecuniæ, persolvatur.

Neque fiat pactio, ut fors salva sit; fructus verò, communiter diuidantur.

In societate animalium, quæ in æstimata alicui dantur ad custodiam, siue per operas præstet, omnes casus, etiam fortuiti, semper sint periculo eius, qui dederit; nisi id alterius socij dolo, vel magna negligentia accidisse constiterit.

Nec fiat pactum, ut fors sit semper salua, etiam ex primis factibus.

Neque quidpiam certum, præter sortem, ex fructibus animalium quotannis soluatur.

Et in locationibus animalium, quæ fiunt certo pretio, si illa absque dolo, aut negligentia eius, qui conduxit, deteriora fiant, id semper sit damno eius qui locarit.

Si autem animalia dentur æstimata, ita ut fors danti salua sit, nihil omnino percipi possit.

Ne fiant contractus, qui libellarij, seu fidei libellarij dicuntur, ubi non antecedit emptio certæ rei immobilis pretio iusto, vel assignatio ad præscriptum Bullæ Pij V.

Vel ubi venditor redimere cogatur; vel ubi non possit redimere, nisi post certum tempus.

Vel ubi annuus census, ad cuius solutionem res obligatur, superat æstimationem fructuum, quos ex ipsa re dominus solet, aut potest percipere.

Et si loco pecuniæ, vinum, frumentum, vel quid aliud in singulos annos promittatur; illud ad pecuniæ, & iusti pretij rationem redigatur pro consuetudine locorum.

Si qui autem in aliquo ex his casibus, aut alijs, qui usuram sapiunt, & a iure, ut iniqui prohibentur, contraxerint, ipsi contractus, etiam in uicium ardo muniti, nulli, irriti, & inanes sint: contrahentes uero, tabelliones, qui instrumenta confecerint, proxenetæ usurarum, aut lucri participes, ministriq; omnes horum scelerum, & pænis, iure statutis, & Ecclesiasticis a censuris puniantur.

Usurarijs manifestis qualiter sepultura Ecclesiastica; etiam propofita pœna interdicitur. Cap. IIII.

NE Parochi usurarium manifestum, ut Gregorij X. constitutione sancitum est, etiam si in testamento, alia re quadam ultima uoluntate ipse mandarit ea restitui, quæcunque usura nomine acceperit, in sepulturam Ecclesiasticam tradant; nisi pro eorum facultatibus, re ipsa illis satisfactum sit, a quibus usuras exegerit; aut si ij absunt, Episcopo, Vicario re eius, vel parochio intra cuius parochiæ fines ille, dum uixerat, habitauit; ut Notario publico de restitutione tantum sit pignoribus, aut idonea sponsione facta.

a Accedit quatum pertinet ad diæcesim Cræ. prohibitio mutui contractus eo pacto iniuncti ut pecuniâ recipiendâ ad mutuantis molendinū accedat quem ut potè usuram redolentem. Illust. & Reue. D. Celsi Specianus, Episcopus Cremen

Præsul sanè studiosissimus, & diligentissimus salutis animarum, edicto, die 6. Nouem. 1591. edito, iure optimo mandandum censuit, atque ab isto facultatem absoluendi casu, sibi planè reseruauit.

b c. Quamquam, eod. tit. de usur. in 6.

Qui

Qui verò Parochus id generis hominem sciens, sepelierit, is nouerit excommunicationis pœna affectum esse, a Clementis V. constitutione, in concilio Viennensi edita quæ incipit. Eos.

a Clem. I. de sepult. ibi, vel usurarios manifestos glo in d. c. quamquã. verif. subiace. re. de usur. in 6.

Pro usuris paliatis contra quos etiam procedatur.

Cap. V.

Superius, & si contractus depositi, ex quibus aliquid ultra sortem percipitur, tum rei venditionis, quæ modico pretio fit, adhibita redimendi pactione, tum alios præterea quosdam contractus, ex sacrorum canonum iure, & probatorum Patrum sententijs, tanquam manifestè usurarios improbavimus; tamen quoniam sæpe ficto meri depositi, & liberæ emptionis nomine, quasi liciti contractus specie, usuræ occultantur; idcirco, & cum eis, qui eiusmodi contractuum, aliorumve specie, qui vetiti sunt usuram commiserint, et cum Notarijs, qui scientes rogati conscripserint, prout iuris est agatur.

Usuras recipientes à monte pietatis puniantur, & ab eo quæ observari, eiusque institutiones videre Episcopus curet.

Cap. V I.

NE quisquam pecuniam apud montes pietatis deponat, vel eidem mutuo det, ut inde aliquid, ne minimum quidem lucri, aut eius quod interest nomine percipiat, qui verò ex pacto quidquam ea causa perceperit, quod montis pietatis pecuniam vel mutui, vel depositi nomine dederit, cum eo tanquam cum Usurario homine agatur ad iuris præscriptum.

Quæ præterea de montibus pietatis supra decreta sunt, ea Episcopus observari curet, uel diligentissime. Illorum institutiones sibi ab administratoribus ostendi faciat.

